

CANCELL.
MARTIS B.
1716.



IX. B. 99

God

55.

~~2. 5. 11. 17.~~

~~XXVIII. 9.~~

11
DISSERTATIO JURIDICA
DE
EO, QVOD JUSTUM EST
CIRCA
CAMPANAS,

Quam

DEO T. O. M. ADNUENTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDEN-
BURGICO, AC DUCATUS MAGDEB. GUBER-
NATORE, RELIQUA,

In Illustri Academia Fridericiana

PRÆSIDE

JACOBO FRIDERICO LUDOVICI,

J. U. D. P. P. ET FACULT. JURID.

ASSESSORE,

Ad d. APRILIS MDCCIIIX.

Publico Eruditorum examini
submittit

JOHANNES MICHAEL Schenwedecker/
NORIMBERGENSIS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Litteris CHR. HENCKELII, Acad. Typogr.



DISSERTATIO JURIDICA

DE EO QVOD JUSTVM EST

CIRCA

CAMPANAS

QVAM

DE T. S. ADONIS

LECTORE MAGISTRO

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DN PHILIPPO WILHELMO

PRINCIPIS BORVNENSIS MARCHIONIS BRANDBVRG

ERVGICORVM DECATVS SACRORVM CVRIV

NATVRALIVM

IN ILLVSTRI ACADEMIA FRIEDERICIANA

PR. SVDI

JACOBO FRIDERICO FRIEDERICI

J. U. D. P. B. ET SACR. C. JURID.

ASSessor

IN A. SACR. SACR. C. C. C.

ET SACR. SACR. C. C. C.

JOHANNES MICHAEL FRIEDERICI

THEOR. JURIS

FRANK. C. A. L. I. N. O. P. E. R. I. A. L. I. T. Y. P. O. G. R. A. F. I. C. A.





DISSERTATIONIS JURIDICÆ
DE
EO, QVOD JUSTUM EST
CIRCA CAMPANAS

CAPUT I.
ORIGINEM JURIS CIRCA CAMPANAS RECENSET.

CONTENTA HUIUS CAPITIS.

Descriptio Campana §. I. Methodus dicendorum §. II. De inventore Campanarum & in specie de Paulino §. III. De are Campano & veterum pelvi, signo, lebet, are, aramento, codone & tintinnabulo §. IV. An Sabitanus campanas invenerit? §. V. Quando campana primum ad usum sacrum adhibita? §. VI. & VII. Distinctius, de orientali & occidentali ecclesia §. VIII. Modus convocandi homines in primitiva ecclesia §. IX. Singularia de Moscovitarum campanis & de modo illas pulsandi §. X. Turca campana non utuntur neque Christianis in Turcico imperio degentibus usum earum permittunt §. XI. Ratio Durandi, quare campana ad usum sacros adhibita §. XII. Comparatio campanarum cum sacerdotibus ejusdem Durandi §. XIII. Origo consecrationis & benedictionis campanarum incerta §. XIV. An illa consecratio rectè dicatur Raptismus? §. XV. Forma & modus consecrationis campanarum recensetur §. XVI. Campana baptizatis nomina imponuntur, cujus

A 2

rei

rei diversa exempla adducuntur, §. XVII. Varia inscriptiones iisdem inscribuntur §. XIX. Compatries adhibentur. Littere invitatoria ad suscipiendum munus compatriis in baptismo campana alicujus §. XIX. Exemplum, ubi Archiepiscopus ipse campanam baptizavit. Alias suffraganei hoc communiter expediunt. §. XX. An Abbates campanis benedicere possint? §. XXI. Evangelici hunc pseudo-baptismum rejiciunt §. XXII. Finis campanarum diversus. Convocatio ad sacra §. XXIII. Ad preces. Campanaria preces, earumque origo §. XXIV. Campanae usus in elevatione sacrificii Missae. Wandel-Glöckgen §. XXV. In delatione viatici, sive corporis Domini ad infirmos §. XXVI. In tempestatibus, ad eas dispellendas. Dispositio Articulorum generalium Saxoniorum de hac re §. XXVII. Pulsatio campanarum ad celebranda preterita miracula. Exemplum de Moscovitis. §. XXVIII. Usus campanarum in funerum deductione & quando aliquis moritur §. XXIX. Campanae per singulas horas Canonicas sonantur. Nec non ad divina officia die & nocte. Mystica interpretatio Durandi §. XXX. Campanas quondam ipsi sacerdotes pulsarunt. Campanarii literati. Clokemanni. §. XXXI. Campana silent tempore interdicti. Excommunicatio ipsa vero fit pulsatis campanis. §. XXXII. Campana silent in tribus diebus, quibus Christus in sepulchro fuit, usque ad sabbatum sanctum. Quanam Campana in sabbato sancto primum pulsanda? §. XXXIII. Inventusura Presbyterorum per funem campana. Pulsatio campanarum in receptione Episcoporum & Abbatum. Convocatio capituli per campanam. §. XXXIV. Campana pulsantur in adventu Regum atque Principum & in aliis diebus laetitiae. §. XXXV. In Zingarorum persecutione §. XXXVI. nec non raptorum atque depredatorum §. XXXVII. Tempore exorti incendii. Inscriptio campana, der Heu-er-Glöckel qua hic Hale habetur. §. XXXVIII. Die Thors-Glöcke. Hujus usus aliquando interdicitur. §. XXXIX. Campana pulsantur sub initium & finem nundinarum solennium. §. XL. Convocatio Universitatis per campanam. Bürger-Geding. Campana bannalis. Citatio Cartesii per campanam à Voetio facta. §. XLI. Campanarum pulsatio in receptione Legatorum solenni. Exemplum de Moscovitis.

vitis. §. XLII. Campana usus ad convocandos pisces §. XLIII. Campana pulsatur in cessione honorum & super Bancruptoribus. §. XLIV. Schand. Glocke. Nole à delinquentibus gestari solita §. XLV. Usus campanæ in constitutione iudicii criminalis §. XLVI. Materia, ex qua campana regulariter conficiuntur. Campana argentea. Miracula à campanis edita. §. XLVII. Campana ex Proceribus Hispania confecta. §. XLVIII. Campana butyracea §. XLIX. Campana lapidea. Urinatoria. §. L. Squilla, cymbalum, nola, nolula seu campana dupla, campana, signum, §. LI. Campana juris Parochialis signum. Monachis campanas habere quondam non concessum. Abusus bodiernus. Campana Monachorum fracta & perforata. §. LII. Lis inter Humiliatos & alios, quis prior debeat pulsare matutinum. §. LIII. Campanarium, campanile. Gallus gallinaceus in summitate campanilis. Presbyter Gallus Dei. §. LIV. Campana maxime & præ aliis insignes §. LV.

§. I.



Campana, notum instrumentum. Ita Calvinus & Schardius in Lexicis suis Juridicis circa descriptionem campanæ procedunt & mox solum abruptum. Nec male, nostro iudicio. In rebus enim in vulgus notis operosæ descriptiones non requiruntur, dum quotidie in sensu incurrunt & ex tactu atque visu melius, quam ex circumscriptionibus cognoscuntur. Interim, si quis qualemqualem ad minimum definitionem ad necessitatem Dissertationis spectare putat, campanam describimus, quod sit vas aliquod æneum ut plurimum in turribus aliisque editioribus ædificiis collocatum, quod hominibus convocandis regulariter inservit. Dicimus: *regulariter*. Descriptiones enim ab eo desumere moris est, quod ut plurimum fieri consuevit. Exceptiones ex infra dicendis facile subungi poterunt. Ænigma interim fere sapiunt, quæ habet Nicolaus Reusnerus:

*Os mihi semper hians & pendens, ferrea lingua est:
Vox est nulla, nisi prodita verberibus.*
Diether. in *Contin. Thes. Besold. voc. Glocken.*

§. II.

Hiscæ præmissis methodus dicendorum in præsen-
ti capite hæc erit, ut *primo* inquiramus, quo tempore cam-
panæ inventæ & ad usum præcipue ecclesiasticum adhibitæ
fuerint, *deinde* vero superaddamus, in quem finem hoc fa-
ctum, quales effectus Campanis apud Pontificios tributi, &
quidnam Protestantes hac de re statuunt. Admiscebimus in-
terim subinde alias quoque observationes, quæ ad illustra-
tionem materiæ aliquid contribuere videbuntur.

§. III.

Quo tempore inventæ sint campanæ? de eo apud scri-
ptores certi quid non reperitur. Nonnulli inventionem
tribuunt *Paulino*, Episcopo Ecclesiæ *Nolanæ* in Provin-
cia *Italia Campaniæ* circa A. C. 400. & inde simul denominationem
Campanæ & *Nolanæ* derivant, v. *Gvido Pancirollus rerum me-
morab. l. 2. tit. 9.* Angelus Roccha in *Comm. de Campanis c. 1.*
Verum ab hac opinione plurimi recedunt eandemque vulga-
ribus erroribus adscribunt. In specie verò Cardinalis, Io-
hannes Bonaver. *liturg. lib. 1. c. 22. §. 3.* illam ex hoc fundamen-
to rejicit, quod nemo veterum Patrum, qui tamen res Paulini
accuratissime profecuti, hanc memorabilem ejus inventio-
nem laudaverit, vel attigerit: item, quod ipse Paulinus *Epist. 12.*
ad Severum conditam à se Basilicam & singulas ejus partes de-
scribat, nullam tamen campanarum, sive turris campanariæ
mentionem faciat, cum alia nihilominus minora ædificia ex-
acte commemoret: denique, quod Alcuinus, Amalarius &
Walfridus Strabo de Paulino plane fileant, cum tamen hi de
campanis earumque usu in Ecclesiis egerint & quarto seculo
post Paulinum temporibus Caroli M. & Ludovici Pii clarue-
rint, add. Salmuth in not. ad *Panciroll. d. l. 2. tit. 1. ab init. Du*
Fresne

Fresne in *Glossar. voc. campana* & plurimi alii Autores apud Gonzalez Tellez ad c. 10. *X. de privil. num. 5.*

§. IV.

Illud interim non plane negant Scriptorum, quod forsitan Campanæ ex ære campano (unde *campanum æs*, item *campanum* simpliciter pro Campana, du Fresne *voc. campana*) magis sonoræ redditæ, vel in Campania grandiores fieri ceperint, Casp. Calvör *Ritual. Eccles. Part. 2. Sect. 1. c. 8. §. 3.* & sic novum nomen ab illa provincia nactæ fuerint, ubi veteres *pelvis, signi, lebetis, æris, æramenti, codonis & tintinnabuli* vocibus quondam utebantur, Bona d. c. 22. §. 4. adeo ut campanæ & nolæ vocabulum recentius, res ipsa vero antiquissima sit, prout usum tintinnabulorum apud Græcos veteres aliosque populos viguisse ostendit Salmuth ad *Panciroll. loc. alleg.* Pertinent huc, quæ habet Joh. Jac. Hoffmannus in *Lex univers. voc. Campana*, quamvis, inquit, apud Ovidium, Martialem, Tibullum, Statium, Manilium, Græcos item veteres *tinnabula* reperiantur & *pelves*, etiam *æra strepitantia* in eadem sæpe munia, ubi hodie campanis utimur; non adducar tamen, addit, ut ingentes campanarum nostrarum moles eis seculis excogitatas censeam. Novum enim nomen novum prædicat artificium. Hæc de Paulino & inventionione Campanarum ipsi attributa.

§. V.

Alii *Sabinianum Pontificem*, qui Gregorio M. successit, inventorem campanarum perhibent, a qua sententia stant Polydor. Virgilius in *lib. de inventione rerum*, & Onuphrius Panvinius in *epitome Summorum Pontificum*, neque etiam Joh. Bapt. Cafalius de *veteribus sacris Christianorum ritibus* c. 43. ab eadem alienus esse videtur. Verum & hanc opinionem rejiciunt alii plures. Anastasius, inquit Bona *cit. c. 22. §. 3.* in Sabiniani vita nihil de Campanis ab eo inventis dicit, nec scio, à quo hoc didicerint Panvinius & Polydorus. Originem erroris inde profluxisse existimat Hoff-

Hoff-

Hoffmannus *loc. cit.* quia Sabinianus horas Canonicas primus campanæ sonitu distinxisse fertur, unde intulerunt, eum quoque primum campanas invenisse, quæ tamen consequentia admodum vacillat, add. du Fresne *in Glossario Voc. Campana.*

§. VI.

De primo itaque campanarum inventore nihil certi reperire potuimus. Transimus nunc ad quæstionem: *quidnam campanas primus ad usum ecclesiarum applicaverit, & quo tempore hoc factum?* Apud Romanos quidem Augustum tintinnabula ad januas poni solita primum in editiori loco ædis Jovis Capitolini posuisse, apud Suetonium *in August. c. 9.* legitur, v. Speidel *in Spec. Voc. Glocken.* sed quod ecclesias Christianorum attinet, Sabinianum hoc fecisse iterum afferunt nonnulli, ut Petrarcha & Panvinius apud Henr. Linckium *de juribus templorum cap. 8. n. 32.* E contrario Stephano II. hoc attribuire videtur Flodoardus *de Pontific. Romanis in Stephano II. dum dicit.*

*Aere tubas fuso attollit, quibus agmina plebis
Admoneat laudes & vota referre Tonanti,*

du Fresne *loc. cit.* Omnia & hæc incerta esse pronunciat Cardinalis Bonarer. *liturg. l. 1. c. 22. §. 2.* Ergo quoque de tempore, quo campanæ ad usum ecclesiasticum applicata, nihil apodictice asseri potest. Interim conjecturas scriptorum paucis adducere liceat,

§. VII.

Hieronymus Magius *de tintinnabulis c. 2.* existimat, campanas tunc Ecclesiarum turribus impositas, cum Ethnicorum Principum odia adversus Christianos jam satis refrixissent; verum enim vero sub Imperatoribus Ethnicis nulla templa nullasque turres habuerunt Christiani & per consequens etiam de campanis vix cogitarunt. Equidem Gallienus Imperator publica sacrorum exercitia in coemeteriis concessit; ast Christiani tunc solum *Oratoria* construxerunt

runt & injuriæ aeris depellendæ causa exigua ædificia in coemeteriis ædificarunt, quæ *Fabrice* dicta sunt. Imo Diocletianus illa Oratoria mox solo æquanda curavit, Eusebius *lib. 8. Hist. Eccles. c. 2.* unde Basilicæ à Christianis demum sub Maximo fabricari cœptæ & sub Constantino M. ad perfectionem perductæ fuerunt, Linck *de jur. templor. c. 3. n. 34.* Ne tamen existimes, ac si tunc statim quoque campanas ad convocandum cœtum adhibuerint Christiani, quo videtur inclinare Bona *d. c. 22. §. 4.* ostendit enim Linckius *c. 8. n. 27.* quod adhuc post Constantini tempora Christiani hominibus, sive cursoribus usi, ad conventus indicendos & sonitum ligni (de quo post *§. IX.*) ad convocandos fideles adhibuerint.

§. IIX.

Quid ergò? In Ecclesia *occidentali* tintinnabulorum usum præcipue seculo quinto invaluisse opinantur; in *orientalibus* Ecclesiis autem ante medium seculi noni area ista instrumenta in usu sacrorum vix inveniri dicunt. Hinc Baronius *tom. 10. annal. ad A. C. 865.* ex Historiæ Venetæ scriptoribus refert, Ursum Patritiatum, Venetiarum Ducem, primum omnium dono misisse duodecim mirificæ artis & valde sonoras campanas Michaeli Imperatori, qui eas in turri ad S. Sophiam Constantinopoli extructa collocavit, Joh. Bapt. Casalius *de veteribus sacris Christianorum ritibus c. 43. Bona rer. liturgicar. l. 1. c. 22. §. 2.* du Fresne *in Glossario voc. campana*, qui tamen pro A. 865. ponit A. 874. Plura loca huc pertinentia reperiuntur apud Hoffmannum *in Lex. univers. voc. Campana.*

§. IX.

In primitiva igitur eaque pressa ecclesia diversus plane modus convocandi cœtum ab hodierno fuit. Linckius *de jur. templor. cap. 8. n. 23.* asserit, christianos vel solo pietatis, aut religionis studio ad statas horarias preces convenisse, vel in præcedenti solennitate subsecuturæ congregationis edoctos, vel per internuncium, quem *Cursorem* vocant.

IX

B

runt.

runt ad sacra convocatos fuisse. Nonnulli quidem, inter quos Amalarius Fortunatus *de Eccles. offic. c. 21.* convectionem per sonitum lignorum (quæ *semantaria*, sive *chirosemantra* dicuntur, manibus tenentur & malleo ligneo diverberantur, sacerdotibus Græcis olim adhiberi solita, Leo Allatius in *Diss. de recentiorum Græcorum templis*, Bona *d. c. 22. §. 2.*) factam esse autumat; verum sine fundamento, cum hac de re nullum prorsus vetus reperiatur monumentum literis consignatum, nec ratio tristissimorum temporum talem per plateas strepitum tulerit, alias enim omnium Gentilium aures & oculos in se convertissent prisca christiani, Speidelius in *Specul. Voc. Glosfen*. Linck. *d. c. 8. n. 25.* Caspar. Calvör in *ritual. Eccles. Part 2. Sect. 1. cap. 8. §. 2.*

§. X.

Hodie itaque per ante dicta campanæ tam in orientali, quam occidentali Ecclesia & sic apud christianos in universum serè ad usum ecclesiasticum aliumve adhiberi consueverunt. De Moscovitis in specie Adam Olearius in *Descrip. itin. Moscovit. & Pers. l. 3. c. 27. in fin.* sequentia refert: An den Kirchen haben sie viel / bisweilen fünf / oder sechs Glocken hangen / derer gröfste nicht über 2. Centner / aber weit drunter / mit welchen sie zur Kirchen / und wann der Pope im Messe halten den Kelch auffhebt / läuten. Es seynd in Moscom wegen Vielheit der Kirchen und Capellen etliche Taufend Glocken / welche umb die Zeit ihres Gottesdienstes so mancherley Geklang und Thon machen / daß / wer es nicht gewohnet / mit Verwunderung anhören muß. Eine Person kan drey oder vier Glocken regieren. Dann sie binden die Stricke nicht an die Glocken / sondern an die Knöppel / und fassen einen mit der Hand / den andern mit dem Ellenbogen / und bewegen eines umbs ander / halten auch im Läuten einen gewissen Schlag. Das Gekläte halten sie vor ein nothwendiges Ding zu ihrem Gottesdienste / und vermeynen / daß derselbe ohne das Klingen unvollkommen geschehe.

§. XI.

§. XI.

Turca è contrario campanis non utuntur, sed sacerdotes eorum stas diei & noctis horis in turribus produntentes omnipotentis Dei nomen, *Alla, Alla,* (vel *Allach Hechber*, i. e. Deus verus unus, Diether. *in continuat. thes. Besold. voc. Glocken*) voce stentoria inclamant, hominesque hoc pacto, ut nos campanis solemus, ad templa convocant, Hoffmann *lex. univers. voc. campana & turris*, Calvör *in ritual. P. 1. lib. 2. sect. 3. c. 18. §. 7. & P. 2. sect. 1. c. 7. §. II.* Idem quoque campanarum usum non permittunt christianis, qui sub eorum ditione vivunt, Casalius *de veter. sacr. Christ. rit. c. 43.* Causam ex Gabriele Sionita & Joh. Esronita *in lib. de nonnull. orient. urb. cap. 6.* hanc adducit Dietherr. *in addit. ad thes. pract. Besoldi Voc. Glocken.* Cum ad campanarum signum, inquit, collecti Christiani Moslemannos aliquando invasisent, clademque ipsis ingentem intulissent, postea omnibus illis regionibus campanarum usum interdixerunt, quas in suum Dominium & potestatem Moslemanni redegerunt, solis Maronitis exceptis, qui campanis etiamnum hodie utuntur. Facit huc forsitan, quod Hildebrandus *de sacr. publ. primit. eccles. c. 3. circa fin.* & ex eo Linckius *de jurib. templor. cap. 8. n. 26.* adducit, Græcis & Jacobitis cum reliquis Christianis Hierosolimis degentibus adhuc lignorum (de quibus §. IX.) usum vice campanarum esse.

§. XII.

Rationem quod attinet, quare campanæ à Christianis ad usum sacrum præcipue adhibitæ, pontificii eam deducunt à tubis Hebræorum, quibus populus Israeliticus convocari solebat, *v. Num. 10. v. 2. seqq.* ad quem locum provocant Albin. *de divin. offic. lib. 1. c. 16.* & Walafrius Strabo *de reb. eccles. c. 5.* Campanæ, inquit Guil. Durandus *in ration. divin. offic. l. 1. c. 4. n. 3.* significant tubas argenteas, quibus in V. T. populus ad sacrificandum accersebatur. Quemadmodum enim vigiles in castris tubis: sic & ecclesiarum mini-

fri campanarum sonitu se excitant, ut contra insidiantem diabolum pernoctent: signa igitur nostra ænea, addit, soniora sunt tubis veteris Legis, quia tunc notus erat Deus in Judæa tantum, nunc verò in omni terra. Argumentum sane longe petitum.

§. XIII.

Idem Durandus *loc. cit. n. 4. campanas comparat sacerdotibus*, & hoc in eo præfiguratum esse dicit, quod Dominus præceperit Mofi, ut faceret vestem S. Pontifici, habentem LXX. tintinabula. *Vas Campanæ* juxta ipsum os prædicatoris designat: *duritia metalli* fortitudinem in mente prædicatoris: *Plectrum* sive *ferrum*, quod interius ex utraque parte feriens sonum reddit, Doctoris linguam: *Percussio ipsa* denotat, quod prædicator primum debet per correctionem in se, ut vitia, ferire: *vinculum, quo plectrum vasi conjungitur*, est moderatio, quâ lingua temperatur. *Lignum, in quo campana pendet*, lignum Dominicæ crucis ipsi denotat: *instrumenta, quibus lignum affixum est*, oracula sunt Prophetarum: *ligaturam ferream, quâ campana ligno conjungitur*, charitatem prædicatoris denotare dicit, *cavillam autem ligno affixam, qua mediante campana pulsatur*, rectam prædicatoris mentem. *Funis ab illa pendens*, humilitas prædicatoris ipsi est. Plurima hujus farinæ alia habet à *num. 4. usque ad n. 9.* quæ singula maximo abusu locorum S. Scripturæ illustrantur. Sed hæc speciminis loco recensuisse sufficiat, quis enim omnia & singula hominis somnia repeteret? add. Casalius *de vet. sacr. Christ. rit. c. 43.*

§. XIV.

Postquam ita Campanæ primario ad usum ecclesiasticum applicatæ, ex superstitione seculi quoque ipsarum benedictio & consecratio introducta fuit. Autorem hujus ritûs Johannem XIII. Pontificem communiter faciunt, quippe de quo refertur, quod A. 968. primariam Lateranensis Ecclesiæ Campanam ritibus sacris adhibitis Deo consecravit ipsique Jo-

HAN-

HANNIS nomen indiderit, v. Casalium *cit. c. 43.* quam opinionem quoque amplectitur Linck. *de jur. templor. c. 8. n. 34.* Verum Cardinalis Bona *res. liturgicar. l. 1. c. 22. §. 7.* hunc benedicendi usum multo antiquiorem esse, illudque ex Ritualibus libris integro seculo ante Johannem XII. conscriptis palam fieri dicit, quippe in quibus formula benedicendi & ungenti campanas reperiatur hoc præfixo titulo: *Ad signum Ecclesie benedicendum.* Quicquid hujus sit, tempus primæ benedictionis, ut pleraque hujus generis alia, incertum est, res ipsa interim etiam ex hodierna Pontificiorum observantia satis certa. Edidit peculiarem tractatum Petr. Paul. Vergerius *de aque benedictæ & campanæ baptizate origine*, quem tamen inspicere nobis non licuit, v. Diether. *ad Besold. voc. Stoclen.*

§. XV.

Benedictio ista & consecratio *baptismi* nomine communiter insigniri solet. Equidem Casalius *d. c. 43. erroribus vulgi* pro arbitrio vocibus utentis hoc adscribit, *heterodoxis* autem tribuit Bellarminus *de Rom. Pontif. l. 4. c. 12.* item Emanuel Gonzalez Tellez *ad c. 10. X. de privileg. n. 5. inf.* Verum ex loco, quem adducit Linckius *d. cap. 8. num. 38.* clare apparet, quod ipse Imperator Maximilianus I. & Status Imperii in centum Gravaminibus coram Legato Pontificio in Comitibus Noribergæ A. 1522. propositis voce *baptismi* usi & de campanarum baptismatione graviter conquesti fuerint. Imo jam antea in *Capitulari Caroli M. A. 787. c. 18.* CLOCCAS (hoc enim vocabulum germanicum seculo octavo pro campanis etiam in latina lingua usurpari coeptum, Calvör *d. P. 2. sect. 1. c. 8. §. 3. inf.* du Fresne *voc. Clocca*) *baptizari* prohibitum, sed parum aut nihil effectum. Rem itaque sequentem in modum explicat citatus du Fresne *in glossar. voc. Campanas baptizari*, scilicet scriptores benedictionem *Baptismi* nomine indigitare solere, non quod revera campanæ baptizentur *et baptismo*, quod remissio peccatorum confertur, sed quia præci-

puæ, que in puerorum baptismo observantur ceremonia, in iis benedicendis peragantur: unde non tam baptisimus, quam baptisimi signum, seu symbolum, iis confertur. Verum hæc subtilis distinctio superstitionem Pontificiorum & abusum baptismi, aut ejus signi, parum excusare videtur.

§. XVI.

Forma & modus consecrationis aut baptismi hæc est: Campanæ lavantur aqua cum Trinitatis invocatione, hoc modo: Consecratur & sancti + ficetur Domine signum istud. In nomine Patris & Filii & Spiritus + Sancti. Pax tibi. Deinde chrismate, (quod hic est oleum infirmorum, quo etiam in extrema unctione utuntur Pontificii, Linck. ad Decretal. tit. de consecrat. eccles. §. 8.) sale & sputo inunctæ linteo speciali forma absterguntur. Exorcisatur autem sal, ad expellendum ex campana inimicum, ut & aqua, ut omnium pravorum spirituum nequitiam ejiciat, v. Hoffmannus in lex. univers. voc. Campana, Calvör d. Cap. 8. §. 6. Preces etiam profunduntur, v. Pontificale Romanum A. 1520. Venetiis editum l. 2. de benedict. Campan. Gerhard. in loc. de Baptismo §. 166. apud Linckium d. c. 8. n. 39.

§. XVII.

Prout parvulis baptizatis, ita quoque Campanis peculiaris nomina imponuntur, præcipue sancti alicujus, sive ut Campana baptizata à ceteris proprio velut nomine distinguatur, sive quia ad pietatem magis conducere arbitrati sunt primi hujus ritus institutores, si voce alicujus sancti plebs ad ecclesiam convocari diceretur, judice Cardin. Bona rer. liturg. l. 1. c. 22. §. 7. Sic A. 1521. Campanæ majori in Ecclesia Hallensi Cathedrali (quæ postea A. 1541. Magdeburgum delata) nomen *Susanne* impositum, Gortfr. Olearius in *Halygraphia part. post. ad A. 1521. & 1541. p. 236. & 253.* Erfurtensis vocatur *Gloriosa*, quia honori gloriolæ Virginis Mariæ dedicata, v. Athanasius Kircherus in *sua Musurgia Tom. I. lib.*

VI. c. 2. & ex eo Calvör d. c. 8. §. 7. alii tamen & huic Susannæ nomen tribuunt, Olearius cit. Halygr. ad A. 1497. p. 215. Papa Johannes XIII. campanæ, quam ipse baptizavit, nomen Johannis dedit v. supra §. XIV. Halæ A. 1484. campana in turri, quæ vocatur der blaue Thurm / collocata ad ædes D. Gertrudis, (ita enim templum eo tempore vocabatur) Ofsannæ nomen accepit, Olearius in Halygr. ad d. A. 1484. Neque vero Sanctorum Sanctarumque solum; sed & modo nomina virorum, v. g. Roberti, Bartholomei & Bettelini, Turketuli & Berwini, item Gutlaci, &c. modò sceminarum, v. g. Peironella, Bega & Pega, &c. nomina illis indita, Hoffmann Lex Univers. Voc. Campana, ubi loca ex Helgauldo & Ingulfo. Sic Autor der Europ. Fama Part. 2. p. 159. refert: Unlängst (A. 1702.) wohnete der Dauphin nebst der Prinzessin von Conti der Andacht bey / als die Glocke bey den Capucinern zu Meudon getauffet wurde / und ertheilte er derselben den Nahmen: Louyse Anne. Noribergæ Campana aliqua in turri ad ædes S. Sebaldi benedicta vocatur, Diether in addit. ad Besold. voc. Glock.

§ XIX.

Præterea variae inscriptiones in Campanis communiter inveniuntur. Vulgatissima est ex gloss. extravag. de offic. Custod. c. 1.

*Laudo Deum verum, plebem voco, congrego clerum,
Defunctos ploro, nimbium fugo, festaque honoro.*

Vel:

Dum trabor, audite! voco vos ad sacra, venite!

Campana Erfurtenfis in parergis ornamentis parte superiore lilia, inferiore folia quercina duodecim circulis intersepta præfert cum hac inscriptione: *Laudo Patronos, cano gloriosa, fulgur arcens & demones malignos, sacra templis à populo sonanda carmine pulso, Calvör d. cap. 8. §. 7. De nonnullis nostris Hallensibus Campanis sequentia memoriæ prodita reperimus in Olearii Halygraphia ad A. 1480. p. 209.*

In

In diesem Jahr ist die grosse Glocke auff dem rothen Thurm / (so im diametro 4. Ellen / in der circumferenz 12. Ellen hat / und in 130. Centner schwer gehalten wird) mit dieser Inscription:

Anno Domini M CCCC LXXX mit der Hülffe Gottes und in der Ehr unser lieben Frauen /

Und ferner darauff gegen Mittag ein Crucifix-Bild samt Maria und Johanne / gegen Morgen und Abend vier Bilder der heiligen Jungfrauen und Märterinnen / jede mit einer Krone / Schwerdt / Creuz / 2c. auch zwischen jedem Wort der Inscription ein sonderlich klein Bildniß von Adam und Eva / 2c. und dann ein schön Laub-Werck und Cranz umb die ganze Glocke gegossen worden. Pauli post *ad A.* 1484. p. 211. Ist die grosse Glocke zu St. Vertraudten (auff dem blauen Thurm hangend) etwa von 80. Centnern / mit einem Creuz / Nahmen IHS und folgendem Vers gegossen worden:

Osanna sonna, dira tonitrua fuga,

Sis plebi salva, annorum macie fusa.

Anno Domini M CCCC LXXXIV.

Porro p. 179. Im Jahr 1420. ist die Glocke auff St. Vertraudten (ieho blauen) Thurm gegen Mitternacht gegossen worden / mit einem Crucifix-Bilde / dabey St. Johannis und Mariä / samt eines andern Weibes (etwa St. Vertraudten) Bildniß / mit einer Kirchen und folgenden Inscription:

A. Domini M CCCC XX in vigilia Johannis

Baptistæ est completum hoc opus.

O Rex gloriæ veni.

Im Jahr 1422. ist die grössere Glocke zu St. Moritz gegossen worden / mit folgender Schrift / darinnen die Jahr-Zahl enthalten:

Consolor VIVa, fLeo MortVa, pelLo noCIVa.

De alia Campana, welche vom neuen Werck durch das Dom-Capitul auff Magdeburg verschaffet und in der Dom-Thurn einen auffgehäncket worden / so auch Susanna geheissen / *ad A.* 1533. p. 244. hæc inscriptio adducitur:

En

*En ego campana, nunquam denuncio vana,
Laudo Deum verum, plebem voco, congrego clerum.*

In Campana Suidnicensi in Silesia hæc reperiuntur:

Adres divinas populo pia classica canto,

Fulmina discutio, funera ploro pia,

Diether. in addit. ad Besold. voc. Glocken. Memini etiam, me
in aliqua campana hæc legisse:

*Ave Maria, gratiâ plena, benedicta tu in mulieribus,
v. infra §. XXVII.*

Sed quis omnia illa recenseret. Sufficiant ergo, quæ addu-
ximus.

§. XIX.

Redimus ad baptismum. Quemadmodum verò in ba-
ptismo parvulorum certi *Compares* adhibentur: ita idem mos
intuitu campanarum observatur. Imperator Maximilianus I
& Status Imperii apud Linckium (v. *suprà* §. XV.) hac de
reita conqueruntur: *innumeri plerumque adhibentur com-
patres, præcipue verò, qui fortuna pollent exorantur, qui
baptizationis tempore funem, qua campana religata est, tan-
gunt ac suffraganeo præcimente omnes pariter respondent ac
campana nomen ingeminant, vestegue nova campana induit-
ur, inde ad sumtuosa properatur convivium, quibus præci-
pue compates, ut eo largius munera offerant, adhibentur,
nec non Suffraganei & eorum Capellani cum multis aliis mi-
nistris regaliter pascuntur.* Exemplar *literarum invitato-
riarum* ad actum baptismationis exhibet Joh. Christoph. Olearius
in *Syntagn. rer. Thuringic. p. 364. seq.* Tenor hic est:

Unsere freundliche Dienste zuvor/ Ehrsame/ Weise Herren.
Wir sind willens/ wills Gott/ Unsere Glocken auff den Son-
tag Exaltationis S. Crucis nächstkommende/ nach Ordnung der
H. Ehrhlichen Kirchen/ zu weihen und tauffen zu lassen; Ist
Unser gültliche Bitte/ wollet auff vermeldete Zeit umb Gottes
willen bey Uns sambt andern guten Freunden erscheinen/ und
Groß-Pathe mit seyn. Wollet den Lohn von dem allmächtigen
Gott

Gotte und dem Patrono S. Sixto und der S. Jungfrauen S. Julianen nehmen. So wollen wirs willig gerne verdienen. Datum Sonntag nach Agidii A. 1516. (zu Klein Vargel in Ehüringen)

Curt und Claus Dithum von Eckstett/
sambt den Altar-Leuthen.

Denen Ehrfamen / Weisen / Bürgermeistern zu Zensstedt/
Unsere besonders günstigen Förderern.

Huc faciunt quoque, quæ in Gottfr. Olearii Halygraph. p. 236. habentur: Im Jahr 1521. ward die grosse Glocke (Susanna genandt / (v. supra §. XVII.) im Dom zu Halle / von 170. Centnern auff dem Jüden-Kirchhofe gegossen / vom Erz-Bischoff Alberto selbst getauscht / und der Rath zu Gevartern gebethen / welcher vier aus seinem Mittel geschickt und so. Gulden verehrt.

§. XX.

Habes hic exemplum, quod ipse Archiepiscopus campanam baptizaverit, vel eidem benedixerit. Alias vero Suffraganei hunc actum communiter exercuerunt. Merentur iterum verba ex centum Gravaminibus Maximiliani & Statuum, (v. §. preced. ab init.) ut adponantur. Suffraganei excoGITaverunt, ut solum ipsi & nullus alius sacerdos Laicis campanas baptizent. Credunt deinde simpliciores ita affirmantibus suffraganeis, tales campanas baptizatas pellere Demones & tempestates. - - Suffraganeo mercedem persolvere necesse est, quam illi munusculum vocare solent: inde evenit, ut aliquando etiam in parvis villis centum floreni in tali absumantur & expendantur baptizazione, quæ res non solum superstitiosa, sed etiam Christianæ religioni contraria, ac simpliciorum seductio & mera est exactio: veruntamen Episcopi, ut suffraganeos vel vilissimos oberare possint mercede, talia & adhuc absurdiora tolerant. Concluditur tandem: Res itaque tam nefanda & illicita merito aboleri debet.

bet. Ceterum si conducere vocatur, ut campana consecrentur, conveniens erit, ut talis consecratio per unumquemque fiat sacerdotem, quemadmodum cum aqua benedicta, sale, herbis & similibus fieri solet, idque absque pretio & expensa Laicorum, ne populus simplex ita seducatur & damno afficiatur, nec non avaritiæ detestanda presumptio evitetur.

§. XXI.

Invenimus etiam super hac quæstione disceptatum fuisse: *An Abbates campanis benedicere possint?* Communiter eam negant, adeo, ut neque Episcopus hoc concedere queat ratione inunctionis olei sacri, quæ videtur esse ordinis episcopalis, Anton. Gometz *l. i. par. resol. 12. cas. 3.* Covarruv. *in repet. c. quanto. de consuet.* Arnold. de Reyger *in thes. jur. voc. Abbas. in addit. num. 4.* ea autem, quæ sunt ordinis, ad solum Episcopum spectant secundum jus Canonicum, Lancellott. *Inst. jur. canon. l. i. tit. 2. §. 5.* & sic alteri demandari nequeunt, *c. aqua 9. X. de consecrat. eccles. vel altar.* Hoc tamen videntur concedere DD. quod Abbates campanis *propriarum ecclesiarum* benedicere possint, Marius Antoninus Maceratenf. *lib. i. resol. fin. casu 3.* & ex eo Diether. *in addit. ad Besold. thes. voc. Glocken* ibi: *benedictio campanarum est ordinis episcopalis & ideo non spectat ad Abbates præter usum suarum ecclesiarum.* Cum his convenire videntur, quæ ex Riccio adducit Reyger *d. l.* verbis: *idque etiam* (quod Episcopus Abbati benedictionem concedere non possit) *verum esse in calicibus corporalibus & vestibus alterius loci, quàm proprii monasterii.*

§. XXII.

Quemadmodum vero Maximilianus Imperator & Status Imperii detestabilem superstitionem baptismi Campanarum jam olim agnoverunt, *v. §. XX.* ita Evangelici illum pseudo-baptismum multo magis rejiciunt, quia, ut alia taceamus, profanationem nominis divini involvit. Apud nos ergo sufficit consensus ejus, qui jura episcopalia exercet, Patroni
C 2
tamen

tamen consensu & Paroecianorum præscitu non excluso. Et cum labor compositionis periculofus sit, merito preces pro feliciore successu adhibentur: ipsi quoque campanæ memoriæ gratia inscriptio additur; ut de ea posteris constare possit, Linck. *de jur. templor. c. 8. num. 41. & 42.* Ita postquam Campana major in turri Mauriciana Hallensi A. 1662. de novo fusa fuisset, *Serenissimi Administratoris, Consulum regentium, Templi Mauriciani Præpositorum & Octovirorum, Verbi Ministrorum, Benefactorum & artificum*, à quibus fusa, nomina eidem inscripta fuerunt, hisce versiculis, à superstitione alienis, adjectis:

Convocat ad templi meletemata publica cærum

Mauritium, & plangit funeris exequias,

v. Olearii *Halygraph. p. 484.* ubi etiam, nec non *p. 498.* de alio casu dicitur, daß von dem Pastore der Kirchen eine solenne Glocken-Predigt gehalten und publiciret worden.

§. XXIII.

Videamus nunc porro de *sine*, propter quem campanæ inventæ & ad publicum usum adhibitæ fuerunt, ubi tamen multa iterum occurrent, quæ superstitionem Pontificiam sapiunt & proinde ab Evangelicis non agnoscuntur, aut ad minimum agnoscere non debent. Initium faciemus de *Usu sacro*. Campani æris, sive Campanæ effectus præcipuus est, ut certiores fiant *de tempore fideles, quo in Ecclesia ad sacra convenire debeant*, Casalius *de veter. sacr. Christianor. ritib. c. 43.* unde dicitur *signum* campana, Gonzalez Tellez *tom. 5. ad c. 23. X. de homicid. n. 2.* Hoc nullam superstitionem involvit, sed ubi hic mos semel receptus est, ibi retineri potest. Illud saltem cavendum, ne nimii sumtus in campanas impendantur, sed ut paucissimis contenti simus & potius egenorum necessitati succurramus. *Qua hora interim campanæ pulsande*, hoc universaliter determinari nequit, quia mores locorum variant. In *Ordinat. Eccles. Ducat. Magdeb. c. 6. §. 9.* dicitur: *In den Städten an den dreyen Haupt-Festen solle des ersten*

ersten Tages frühe umb vier Uhr zur Metten geläutet werden/
cap. 10. §. 14. verò habetur, daß die Küster auff den Dörffern
der Stunde zum Kirchentläuten bey dem Pfarrer sich erkundi-
gen sollen. In urbibus communiter hoc statis horis ante &
post meridiem fit.

§. XXIV.

Pertinet huc, quod campanis certis horis *signum ad pre-*
ces dari solet, unde *Campanariae preces*, apud nos die *Bete*
Glocke. Huic consuetudini juxta Linckium *de jurib. tem-*
plor. c. 8. n. 50. Papa Gregorius IX. occasionem dedisse vide-
tur. Cum enim inter ipsum & Fridericum II. Imperatorem
varia intercederent certamina, in hisce turbis instituit, ut
certis horis dato campanæ signo in templis *Salve Regina* ca-
neretur & beata virgo ad pulsum Campanæ invocaretur,
quemadmodum & *campanulas & nolas Missæ primus aadi-*
dit, ut populus audito illo sono in genua procumberet, teste
Alberto Crantzio. Tandem, pergit, A. C. 1457. Calixtus III.
(post captam à Turcis Constantinopolim A. 1453.) me-
ridianum campanæ pulsus angelica salutatione honorandum
sanxit, hocque modo campanariæ preces introductæ sunt,
quæ etiam sequestratis abusibus apud nos frequentantur, non
solum singulis diebus, sed in his terris præcipue etiam *diebus*
pænitentialibus, quando finita concione Verbi Minister o-
rat: Unser Vater / conf. Hildebrand *de precib. vet. Christian.*
c. 2. th. 39. Calvör *in ritual. P. 2. Sect. 2. c. 4.* In *Recess. Imp. de*
A. 1567. §. 37. it. de A. 1598. §. 46. hac de re ita disponitur: daß
täglich in Städten / Flecken / Märkten und Dörffern zu Mit-
tagszeiten eine Glocke geläutet / das Volck von den Tanseln
unterwiesen und vermahnet werden solle / zur selbigen Zeit / wie
auch sonst / Gott den allmächtigen umb Sieg und Überwindung
gegen den Erbfeind / auch Abwendung Gottes gerechten Zorns
und vorstehender grausamen Staff mit herglicher Andacht an-
zuruffen und zu bitten / conf. Gonzal. Tellez *ad c. 1. X. de offic.*
custod.

§. XXV.

Porro huc refertur apud Pontificios campanæ pulsatio, dum fit elevatio in sacrificio Missæ. Audiamus hac de re Card. Bonam *rer. liturg. l. 2. c. 13. §. 2.* De campana pulsanda, inquit, dum fit elevatio in sacrificio Missæ extat statutum Guilelmi Parisiensis episcopi *tom. 7. Concilior. Bini p. 1. c. 14.* ubi ita: *sicut alias statutum fuit in celebratione Missarum, quando corpus Christi elevatur, in elevatione ipsa vel paulo ante campana pulsetur, ut sic mentes fidelium ad orationem excitentur.* Et Ivo Carnotensis, qui eodem tempore vixit, ejus ritus meminit *epist. 142.* qua gratias agit Matildi, Anglorum Reginae, ob campanas, quas dederat Ecclesiæ B. Virginis, quarum sonitu renovari ait in cordibus fidelium ipsius Reginae memoriam, tunc præsertim, *quando illa salutaris hostia pro nobis redimendis in ara crucis oblata per novi sacerdotii ministros in Domini mensa quotidie consecratur.* Viguit ergo hæc pia (judice Bona) consuetudo in Gallia initio seculi XII. In Germania introducta fuit sequenti seculo à Guidone Cardinali, qui prius fuerat Abbas Cistercii, cum Legatus Apostolicæ sedis Coloniæ missus esset ad confirmandam Ottonis Imperatoris electionem. Quo vero tempore in Italia aliisque regionibus hic mos inceperit, incertum est. Quemadmodum vero ipsa elevatio hunc finem habet, ut sacramentum adoretur *propter dogma Transsubstantionis*, de quo multa apud Calvör *in rituali ecclesiastico Part. 1. lib. 2. sect. 2. cap. 57. §. 6. seqq.* ita negari etiam non potest, pulsationem campanæ ad promovendam illam superstitionem adhibitam fuisse, unde ad scandalum tollendum mos ille merito abrogandus esset, qui in nonnullis Saxonie Civitatibus adhuc viget, ubi scilicet eò tempore, quo verba institutionis recitanda, campanula signum datur, quam campanulam vulgus *das Wandel-Blöschden* vocari consuevit, v. Exc. J. S. Strykius *in Disp. de jure Sabbathi Cap. 4. num. 218.*

§. XXVI.

§. XXVI.

Sonatur etiam Campana apud Pontificios, *quando viaticum, sive corpus Domini ad infirmos defertur*, Gonz. Tellez *ad c. 1. de offic. custod. tom. 1.* unde tunc obviam venientes in genua procumbere, interdum etiam viaticum illud usque ad eum locum, quò defertur, comitari solent, qua occasione multa dissidia orta esse novimus, quia scilicet Pontificii similem cultum etiam ab Evangelicis obviam venientibus exigunt, hi autem talem præstare recusant. Idem evenire solet in *Processionibus*, in quibus similiter campanæ pulsantur, ut dæmones timentes fugiant. Timent enim hi autore Guil. Durando *in ration. divin. offic. l. 1. c. 4. num. 14.* auditis tubis Ecclesiæ militantis, scilicet campanis, sicut aliquis tyrannus timet audiens in terra sua tubas alicujus potentis Regis inimici sui. Ratio Pontificiorum sine dubio à consecratione campanarum petita est.

§. XXVII.

Et hæc etiam est causa, ita pergit Durandus *n. 15.* quare *Ecclesia videns concitari tempestatem campanas pulsat*, scilicet, ut Dæmones tubas æterni Regis, id est Campanas audientes, territi fugiant & à tempestatum concitatione quiescant. Et paulo ante *num. 2.* dicit, pulsari & benedici campanam, ut per illius tactum & sonitum fideles invicem invitentur ad præmium, & crescat in eis devotio fidei, fruges mentes & corpora credentium serventur: *procul pellantur hostiles exercitus & omnes insidie, inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum & fulgurum temperentur, infestaque tonitrua & ventorum flamina suspendantur, spiritus procellarum & aëreæ potestates prosternantur: & ut hoc audientes confugiant ad sanctæ matris Ecclesiæ gremium, ante sanctæ crucis vexillum, cui flectitur omne genu, &c. sicut hæc singula in benedictionibus campanæ habentur.* Casalius *lib. sæpe cit. c. 43.* eadem habet, & quia, inquit, turbines & aëris agitationes à Dæmonibus commoventur, propterea

verba sacra apponuntur supra hujusmodi campanas, nempe: *Ave Maria, gratia plena*, five etiam, *verbum caro factum est*, quæ tremenda sunt Dæmonibus, v. Henr. Arnoldus Stockflethus *de campanarum usu*, apud Diether. *Contin. Besoldi voc. Glocken*. Cum verò hæc omnia maximam superstitionem sapiant, hinc in *Art. general. Saxon. art. 39.* optime ita dispositum: *Sonderlich aber soll das aberglaubis und abgöttische Weiterläuten / (der Ursach die Glocken im Pabstthum mit lästerlichem Mißbrauch der Stiftung Christi getaufft werden / daß sie die Krafft haben sollen / den Hagel und schädliche Wetter abzuwenden /) wo das noch im Gebrauch / abgeschaffet und nicht gestattet / dagegen aber das Volk zur Buß und Christlichem eufferigen Gebeth vermahnet werden / dadurch der Zorn Gottes gestillet und solche Plagen abgewendet werden mögen.* Nihilominus tamen in Marchia & Pomerania adhuc in multis locis ille modus sonandi campanas obtinet, sub prætextu, ac si per sonum campanarum *ex naturalibus causis* nubes dispellantur & per consequens tempestas mitigetur, v. *les diverss leçons de Pierre Messie chap. 9.* unde alibi etiam *tormenta bellica explodunt*; sed origo revera ex Papismo est & experientia testatur, usum naturalem pulsationis campanarum tali tempore si non nullum, tamen admodum exiguum esse. De usu campanarum *adversus magicas incantationes* apud Gentiles v. Salmuth *ad Panciroll. de reb. memor. l. 2. tit. 9.*

§. XXIIII.

Interdum quoque campanas pulsatas fuisse legimus, *ad celebranda miracula à Sanctis*, prout creditum, *edita*. Exemplum habet Adam Olearius in *Itinerar. Moscovit. Persic. lib. 3. cap. 27.* Narrat siquidem de quodam Sancto, cui nomen *Sudarworetz Philipp*, ex veteri eaque nobili familia *Collitzjou*, quod etiam post mortem ipsius cadaver ejusdem multa miracula ediderit, & addit: *Und wenn ein solch Wunderwerck vorgegangen / v. g. quod alicui visus, auditus, &c. restitutus fuerit, hat man allezeit die grosse Glocke dazu gelaütet / selbige ist / per-*

pergit, zu Anfangs in der Woche wol vier oder fünf mahl gehört worden / numehr aber soll man von ihm nicht mehr so viel Wunders hören / weil / wie sie sagen / die Leute / so bey dessen Aufanfft fromm waren / wieder gottlos geworden und nicht mehr mit so starkem Glauben zu ihm kommen. Sie sagen / er soll noch iezo unverweset liegen unter einem Tuche / welches aber niemand auffheben muß.

§. XXIX.

Porro aliquo moriente campanæ pulsari solent, (Lacones Rege defuncto lebetes vice campanarum complodere solebant, Salmuth *ad Pancir. de reb. memor. l. 2. tit. 9.*) idque juxta Durandum *in ration. divin. offic. l. 1. c. 4. num. 13.* eum in finem, *ut populus hoc audiens oret pro illo*, pro muliere quidem bis pulsandum, pro viro autem ter, quod mystica ratione illustrat, add. Casalius *cit. c. 43.* Solet etiam apud nos, cum quis expiravit, signum campanis Ecclesie publicitus edi, alibi quidem *ante funeris deductionem* (quod alicubi in Pomerania & vicinis locis vocant *die Seel-Glocken*) alibi *dum funus ducitur*, alibi *utraque vice*, idque præsertim in Principum Magnatumque funeribus, v. *infra Cap. II. §. III. seqq.* Pontificiorum compulsatio ex *Gentilismo* ortum habet, ubi ara compulsabantur *ad avertenda spectra & Dæmonum ludibria* & hinc etiam in Synodo Dordracena *c. 47.* decretum, quod ex eadem causa compulsationes campanarum tempore sepulturæ defunctorum omninò tolli debeant. Nos interim hunc morem propterea solum in exequiis retinemus, non ut populus hoc audiens pro defuncto oret; sed ut vel indicetur funus, vel ut convocentur Nolarum sonitu homines ad funus deducendum, Calvør *in ritual. Eccles. Part. 1. l. 3. sect. 1. cap. 18.*

§. XXX.

Sic etiam Custos *per singulas horas* *Canonicas* signum ex consensu Archidiaconi sonare tenetur, *c. 2. X. de offic. cust.* cujus instituti Sabinianum Pontificem Autorem faciunt, v.

D

supra

supra §. V. Et juxta Durandum *cit. l. i. c. 4. n. 9. ad divina officia* per XII. *dici* horas campanæ duodecies pulsantur. In *nocturnis* communiter *ter* pulsatur. *Primo* cum squilla, quæ significat *Paulum* acute prædicantem: *secunda* pulsatio significat *Barnabam* sibi associatum: *tertia* innuit, quod Judæis repellentibus verbum Dei Apostoli convertant se ad gentes *ib. n. 10. Nocturnis officii finitis* campanæ pulsantur & Te Deum laudamus alta voce cantatur, ad notandum, quod manifeste & mirifice ecclesia tempore gratiæ laudat Deum. Item compulsatio campanarum *convocationem vicinarum* representat, *factam à muliere propter Drachmam repertam*. Ita ineptit noster Durandus *lib. 5. c. 3. n. 30. & 31.*

§. XXXI.

Signum verò, sive *campanam pulsare* (præcipue ad usus sacros, de quibus hactenus) *antiquitus ad sacerdotes pertinebat*, cum primis in cathedralibus Ecclesiis, *Calvör P. 2. sect. i. c. 8. §. 5. unde in Capitularibus Caroli M. l. 6. c. 168. statuitur, ut sacerdotes signa tangant horis Canonicis. Vocabantur propterea Clomanns vel Clokemanni à Cloca, vel Clocca, v. supra §. XV. du Fresne in Glossar. voc. Campana & Campanarius.* Huc referri potest, quod in Synodo Coloniensi *A. 1300. can. 7. statutum, ne campanarii assumantur, nisi literati, qui in defectu respondentis ad altare cum camisiis lineis assistant in Missis deservientes Presbytero, ne ministrator carcat socio sibi respondente, Id. d. l.* Idcirco etiam Ordo Romanus & antiqua Ritualia, itemque Concil. IV. Carthaginense materiam ostiariatus in sola clavium traditione constituit, nulla habita mentione pulsationis campanæ, quia hoc ad ejus officium non pertinebat. *At hodie officium ostiarii est, quem decet superpelliceo (vel camisia) indutum esse, dum signa pulsat, quia munus sui ordinis exercet, Card. Bona rer. riturg. l. i. c. 22. §. 7. Apud nos promiscuæ ferme turbæ demandatur campanarum pulsatio, v. Calvör loc. cit.*

§. XXXII.

Antequam ad alios usus campanarum progrediamur, notandum adhuc est, quod *campane interdum fileant*, id est, ad usum sacrum adhiberi nequeant. Fit hoc precipue tempore interdicti, ex ratione, quam pro more suo suppeditat Durandus l. i. c. 4. n. 15. quia saepe ob delictum subditorum impeditur lingua praedicatorum juxta illud Prophetæ: *Linguam tuam adherere faciam palato tuo, quia domus, i. e. populus, exasperans, id est, inobediens est.* Et quidem campanarum pulsatio tempore interdicti adeo prohibita est, ut etiam concedatur alicui divina officia celebrare, semper tamen campanarum pulsatio excipiat, c. quod in te. de penitent. Ergo tunc tuba, tuba aut curfore (v. supra §. IX.) debent Canonici convocari ad horas Canonicas, Eiman. Gonz. Tellez ad c. 5. X. de consuet. lit. h. num. 8. tom. 1. Hinc in literis excommunicationis contra Ludovicum Bauarum aliosque propter jam antea excommunicatam Civitatem Francofurtanam ad Oderam directis à Papa Clemente VI. Anno M CCCL, quas exhibet Illustris Strykius in not. ad B. Brunnemanni Jus Ecclesiast. l. 2. c. 19. §. 12. verb. Tyrannis haec fuit, p. 767. modo dictus Papa quam maxime conqueritur & tanquam contraventionem excommunicationis allegat, quod diebus & festivitatis Nativitatis, Paschæ Dominicae, Pentecostarum & assumptionis B. Mariae Virginis pulsetur campanis. Discimus vero simul ex eodem Diplomate p. 762. quod ipsa excommunicatio pulsatis campanis fieri soleat, in verbis: & quemlibet eorum tanquam excommunicatum & excommunicatos in omnibus arctius evitare - - & ab omnibus legitimis actibus remotos & à Christi fidelibus arctius evitandos singulis diebus Dominicis PULSATIS CAMPANIS & candelis extinctis per vos vel alios in vestris Ecclesiis & Diocesi nunciaretis, v. omninò Joh. Seldenus de Synedriis & Praefecturis Juridicis veterum Ebraeorum lib. 1. cap. 10. unde dicitur: maledici nolâ, libro & candelâ.

§. XXXIII.

Hoc campanarum silentium ex delicto profusebat. Alias vero campanæ etiam silent *in tribus diebus, quibus Christus fuit in sepulchro*, quia tunc siluerant Apostoli & Prædicatores & alii, qui per campanas intelliguntur, juxta Durandum *l. 6. c. 72. n. 3. & 5.* & tunc interim lignorum sonitus (de quo supra §. IX. qui vocatur *Rädschen* / *Diether. in Contin. Beföld. Voc. Glocken.*) adhibetur, Gonz. Tellez *ad c. 10. X. de privil. num. 5.* Dietherr. *loc. cit. Sabbatho sancto* autem, quando dicitur angelicus cantus, *Gloria in excelsis*, tunc campanæ etiam concrepant, quæ hæctenus fuere mutæ, quia ipsis Angelis chorus exultat perfonanti melodia, Durandus *l. 6. c. 85. n. 3.* interim ut debitus honor Ecclesiæ matrici sive cathedrali reddatur, decrevit *Concilium Lateranense sess. II. rom. 5. Concil.* quod tam ipsi fratres, quam Clerici seculares, etiam super hoc Apostolicæ sedis privilegio muniti, *die sabbathi sancti* majoris hebdomadæ *antequam campana cathedralis sive matriæ ecclesiæ pulsaverit, campanas in Ecclesiis pulsare minime possint* & quod contra facientes pœnam 100. ducatorum incurrere debeant, Casalius *c. 43.* Porro citatus Durandus *l. 1. c. 4. n. 12.* dicit, sed paululum obscure, quod *in tota septuagesima* in diebus profestis non debeat compulsari, nec depulsari, sed impulsari, id est simpliciter pulsari ad horas diei matutinas. In Dominicis vero, addit, & solennibus diebus, prout in aliis temporibus compulsatur, ut dormientes & ebriosos excitent, ne ultra modum dormiant

§. XXXIV.

Jam alii adhuc fines recensendi sunt, quibus campanæ inserviunt. *Presbyteri*, qui alicui Ecclesiæ incardinantur, *per funem campanæ investiuntur*, Gonzalez Tellez *tom. 5. ad c. 10. X. de privil. n. 7.* Sic *in receptione Episcoporum & Abbatum* & cum possessionem apprehendunt per inthronizationem, pulsantur campanæ, *c. in causa. X. de caus. possess.* Inde Innocentius *l. 1. regest. epist. 297.* ait, ruptos fuisse funes cam-

pa

panarum, ne Prælati Flaviniensis ad Ecclesiam duceretur, Tellez *ad c. 32. X. de Elect. & elect. por. n. 4.* Sic idem *ad c. 30. d. t. n. 6.* usu receptum apud omnes esse dicit, *ut capitulum congregetur pulsatione campanæ ad actus communitatis tam judiciales, quam extrajudiciales.*

§. XXXV.

Campanæ etiam *in adventu Regum atque Principum pulsari solent*, tanquam signa lætitiæ. Sic Ricardum Regem Angliæ Accone *in campanarum classico & cantu Ecclesiastico* receptum fuisse, testantur Autores apud du Fresne *in Glosar. voc. campanarum pulsatio.* E contrario Carolus IV. Imperator cum in Galliam venit, nullo campanarum sonitu exceptus fuit in urbibus, *quod id sit signum dominii*, Continuator Nangii apud Eundem *loc. cit.* Quomodo hodie propter prosperos eventus, *Principum nativitatem, victoriam ab hostibus reportatam*, & similes, publica lætitia etiam per campanarum pulsationem declarari soleat, de eo ut multa verba faciamus, necessitas non efflagitat, cum experientia optima rerum magistra hoc satis comprobet, atque hinc Casalius *d. c. 43.* dicit, quod campanæ ad alios (præter sacros) usus etiam ad profanos, mœstitiæ & lætitiæ adhibeantur.

§. XXXVI.

Campanarum pulsatio alicubi quoque *in Zingarorum persecutione* adhibetur. Hinc in dem Chur Sächs. Ausschreiben de A. 1632. sub rubrica: *Offen ausschreiben die Ziegäuner im Lande nicht zu dulden / sondern mit ernst zu verfolgen / dicitur §. gestalt dann unser Begehren &c.* Im Fall sie sich aber wiedersehlich erzeigen / ein Orth dem andern / so balde er den Glockenschlag höret / eilfertigst zu Hülffe kommen / ihnen alles / was sie bey sich haben / abnehmen / die Personen ins Gefängnis legen / woll verwahren / und uns davon ungesäumt zu fernere Anordnung gehorsamsten Bericht thun sollen. Similis dispositio reperitur in der Chur-Sächs. Policey-Ordnung de A. 1661. *tit. II. rubr. Von Ziegäunern.*

D 3

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Idem porro dispositum intuitu raptorum & depredatorum in Legibus Imperii publicis. Sic in *Recess. Imper. de* & 1548. §. 20. Und ob darüber iemands auff der Straßen angegriffen und obbeschriebener Gestalt beschädigt würde / so soll nach Gewohnheit eines jeden Orths an die Glocken geschlagen / und ieder Obrigkeit Ambtleuth und Unterthanen / so sie des ermahnet / oder mit sich selbst gewahr werden / dem Thäter nachzueilen schuldig und pflichtig seyn. Eadem repetuntur in *Rec. Imp. de A. 1559. §. 23.* sed additur §. 24. Doch soll Sturmstreichs halben ein solche Maß und Unterscheid gegeben werden / damit in den Flecken / Dörffern oder Weylern / da derselbig mit Anschlagung der Glocken / oder Ausschließung der Büchsen nach Gelegenheit eines jeden Orths erfolgt / die Unterthanen / ob derselbig von wegen Feuers oder ander der Plackerey halben beschehe / wissen mögen.

§. XXXIIX.

Ex verbis ultimis §. *preced.* patet, quod tempore exortii incendii quoque campana pulsentur, unde nomen der Sturm-Glocke. Secundum *Ordin. Polit. Wurtemb. tit. Vom Sturmstreich* / §. wo sich aber begeben zc. muß eine sondere Glock hiezu verordnet werden (quod tamen ubique non observatur,) daß männiglich unzweiffels wissen haben möge / daß solcher Glocken Schlag allein des Feuers halben beschehen / ad præcavendam scilicet seditionis aliorumque tumultuum occasionem, *Spedelius in specul. voc. Sturmstreich.* De campana, quæ in urbe nostra huic usui destinata, ita D. Olearius in *Halygraphia P. 2. p. 287.* Auff der in diesem Jahr zersprungenen und darauff eingegossenen / in folgenden Jahr aber auffgezogenen Sturm-glocken / sind folgende Wort sambt Magdeburgischen Wapen eingegossen zu lesen.

1569. GLEUB. MIR. VORWAR. BIN. ICH. GOSSEN. ZU. LOB. UND. EHREN. DURCH. BALZAR. RODEN. UND. LEONHART. ZEISEN. BEIDE. RATHS-

RATHSMEISTER. ZU. EINER. STURMGLO-
KEN. UND. WENN. MAN. MICH. THUT. KLOP-
PEN. SO. DENCKE. EIN. IEDER. DABEY. DER.
ZU. DEM. FEWER. VERORDNET. SEY. DAS. ER.
NICHT. DER. LEZTE. IST. ALEXANDER.
SCHALER. DANIEL. OCKEL.

§. XXXIX.

Porro in Civitatibus peculiaris campana haberi solet, quæ eo tempore pulsatur, quando portæ urbis clauduntur vesperi & mane iterum aperiuntur, unde vocatur die Thor-Glocke / Friedenreich in *Polit. c. ult.* Speidelius in *Speculo voc. Glocken*. Quod si tamen ejusmodi urbs ab hostilibus copiis occupatur & præfidiarii ipsi immittuntur, tunc hi sæpe pulsationem talis campanæ civibus interdicerere solent, cujus exemplum est in *cit. Halygraphia P. 2. p. 376. & p. 443.* ubi tempore belli tricennalis campana illa ab A. 1625. (quo anno Cæsar's copię urbem occupabant & pulsationem interdicebant) usque ad A. 1650. non fuit pulsata. Causa talis interdici sine dubio est, ne cives occupatæ Urbis audito campanæ signo forsan ad tumultum concitentur.

§. XL.

Ita quoque moris est, ut in illis Urbibus, quibus solennes nundinæ concessæ, non solum *nundinarum initiationes* per sonitum campanæ fieri, sed etiam *illarum finitarum signum* per campanam dari soleat, Speidelius in *speculo voc. Glocken* / Anton. Glock. in *Diff. de Nundinis* §. 128. quam *commentario suo ad Wesenbecium tit. de nundinis* Joh. Richardus Malcomelius adjecit. De quaestionibus juri dicis huc pertinentibus, præcipue: *an post signum finitarum nundinarum datum privilegia mercatorum adhuc obtineant?* capite sequenti dicetur. Vocant hoc: die Meß / oder den Marckt einläuten und ausläuten.

§. XLI.

Fiunt item *Citationes* quandoque per campanam, ubi
uni-

universitas, seu totum Collegium convocandum est, non solum quando universitas prolequi debet bannitos, aut delinquentes fugam arripientes, de quo supra §. XXXVII. sed & ad alios actus, v. g. quando consultationes instituendæ, collectæ solvendæ, &c. Maranta in *spec. aureo Part. 6. membr. 1. num. III.* Diether. in *Contin. Besold. voc. Glocken.* Vocatur das Bürger-Geding / idem Diether. in *addit ad Besold. ead. voc. Wehner. obs. pract. voc. Bürger-Geding.* Ruding. *sing. obs. Cent. 1. obs. 73.* Lagus *comp. jur. civ. & Sax. lib. 1. tit. 4. in f. in marg.* ubi agit de statutis, quæ fiunt per conventionem civium, Bürger-Geding. Vocatur hæc campana bannalis, campana communitalis & communie, Gallis Banclouche, item Banclouque, qua de re multa apud du Fresne in *glossar. voc. campana bannalis.* Valde singulare quid erat, quod Voetius pro fervore suo Cartesium, hominem privatam, sonitu campanæ citari curabat, ut de scriptis suis rationem redderet, v. *La vie de Mr. de Cartes l. 6. c. II. §. Cet ouvrage.*

§. XLII.

Interdum pulsantur campanæ in receptione Legatorum solenni & quando hi ad audientiam ducuntur. Locus huc pertinens est apud Adam. Olearium in *Itiner. Moscov. Pers. l. 3. c. 1.* Mitten auff dem Platz / inquit, des Schloßes Krämelin (in qua arce Magnus Dux residet) stehet der längste Thurm / Ivan Welike / das ist / Groß Hans / welcher auch mit vergüldetem Blech überzogen / und voller Glocken ist. Neben demselben stehet ein ander Thurm / auff welchem die sehr grosse Glocke hänget / welche soll 356. Centner schwer / und zur Zeit des Groß Fürsten / Boris Gudenow, gegossen worden seyn. Dieselbe Glocke wird / wenn grosse Feste oder Braut / wie sie es nennen / begangen / oder grosse Gesandten eingehohlet / oder zur öffentlichen Audiens sollen geführt werden / geläutet / und von 24. auch wohl mehr Personen / so unten auff dem Platz stehen / beweget / dann von beyden Seiten des Thurms gehen zwey lange Seile herunter / an welchen unten viel kleine Stricke, woran so viel Personen ziehen.

§. XLIII.

§. XLIII.

Valde speciale quid est, quod de Ferraria narrat Frölich in *Cynofura Peregrin. part. prior. p. 434.* & de campanæ alicujus ibidem usu. Scilicet, Ferrariæ piscinam esse dicit, *cujus incolæ pisces assuescunt, ut dato per campanam signo protinus uno in loco congregentur & cibum capient*, v. Diether. in *addit. ad Besold. voc. Glocken.* Fide citatorum Autorum hæc referimus, certitudo rei ab experientia ipsa dependet.

§. XLIV.

Alicubi in *cessione bonorum* receptum est, ut cedens aliquandiu stare, aut sedere debeat in loco publico nudo capite, aut vestem habens ab aliis distinctam, lapidem aut columnam ter percutere, clamando: Cedo bonis, aut *campanam pulsare*, tubis duci per civitatem, aut simile quid pati, Brunus de *cess. bon. quest. 6. n. 5.* Zoësius ad *tit. ff. de cess. bon. num. 20.* Mevius in *theatr. concurs. credit. c. 1. th. 37. n. 23.* Hahn ad *Wesenb. tit. de cess. bon. n. 6. verb. infamia saltem facti.* De *Decoctoribus, Fallitis & Bancruptoribus* extat Mandatum Civitatum Hanseaticarum promulgatum Lubecæ A. 1620. ubi contra tales fallitos sequentem in modum disponitur, daß nach vorgehender declaration nicht allein die Schand-Glocke über sie geläutet / sondern sie auch mit öffentlicher Aufstellung an den Pranger / ewiger Verweisung / auch nach vermerckten Umständen als ein Dieb / oder Falsarius an Leib und Leben gestrafft werden sollen / v. Balth. Conr. Zahnus de *Mendaciis l. 2. c. 58. n. 4. add. Speidel. Specul. voc. Bancruptoriver.*

§. XLV.

Ufus Campanæ, der Schand-Glocke / etiam deprehenditur in *ejectione vel expulsionem delinquentium*, cujus meminit Justus Oldekopp in Beschreibung des unerhörten Peinlichen Proceß A. 1664. fol. 127. citante Dietherro in *Contin. Besold. voc. Glocken.* Ad eundem fere modum Zieritz ad *Conf. Crim. art. 82. ex Camerario l. hor. succisv. c. 12.* adducit, quod olim, qui ob facinus supremo supplicio afficiendi erant, nolas

E

gesta-

gestare soliti fuerint, ne quis inter eundum contactu illorum piaculo se obstringeret, v. Diether. in addit. ad Befold. voc. Glocken.

§. XLVI.

Agmen hujus materiae claudat dispositio Const. Crim Caroli V. art. 82. Von Besetzung und Beladung des Peinlichen Gerichts. In dem Gerichts-Tage / inquit Imperator, so die gewöhnliche Tageszeit erscheinet / mag man das Peinliche Gericht mit der gewöhnlichen Glocken beladten / und sollen sich Richter und Urtheiler an die Gerichtsstatt fügen / da man das Gericht nach guter Gewohnheit pflegt zu besetzen / und soll der Richter die Urtheiler heissen niedersetzen / und er soll auch sitzen / seinen Stab oder bloß Schwert nach Ländlichem Herkommen eines jeden Orts / in den Händen haben / und ehrsamlich sitzen bleiben / bis zum Ende der Sachen. Hinc nomen der Peinlichen / vel in aliquibus locis der Diebs-Glocken ortum est, Speidelius in specul. voc. Glocken. Ceterum Pancirollus rer. memorab. l. 2. tit. 9. de usu campanarum generatim ita loquitur: per eas horæ procul audiuntur: scholares ad lectiones frequentandas: Judices ad ius litigantibus dicendum vocantur, ac ut uno verbo dicam: omnes actiones publicas intiment.

§. XLVII.

Hactenus à §. XXIII. de fine & usu campanarum differimus. Subjungenda nunc primum materia campanarum. Communiter campanæ fiunt ex cupro quoad maximam partem, cui stannum & orichalcum admiscetur, & hæc massa vocatur Glocken-Speiß / Glocken-Guth. Si campanæ magis sonoræ esse debent, loco stanni adhibetur argentum. Monachus Sangallensis de Carolo M. lib. 1. c. 31. Erat autem alius opifex in omni opere æris & vitri cunctis excellentior. Cumque Tancho Monachus S. Galli campanarum optimum conficeret & ejus sonitum Imperator non mediocriter miraretur, dixit ille præstantissimus in ære Magister: Domine Imperator, jube mihi cuprum multum adferri, & excoquam illud
ad

ad purum, & in vicem stanni mihi opus est de argento dari, saltem centum libras, & fundo tibi tale campanum, ut istud in ejus comparatione sit mutum, du Fresne in glossar. voc. campanum. Sic ex Zeileri Itinerar. Gallia p. 401. adducit Diether. in addit. ad Besold. voc. Glocken / es sepe zu Avignon in des Pabsts alten Pallast eine Glocken / so ganz silbern / welsche verkündige / wenn ein Pabst sterben / oder ein neuet erwählet werden soll. En simul miraculum Papisticum! De aliis miraculis ad sonitum campanarum factis, sive fictis, vide Petrum Cluniacensem lib. 1. de miraculis c. 13. apud Casalium de veter. sacr. Christian. ritib. c. 43. De campana in regno Tarraconensi, quæ nemine impellente classicum suapte cecinit ex Boterejo Speidelius in spec. voc. Glocken / sed hoc ridet La Comtesse d'Aunoy dans la Voyage d'Espagne letr. 3.

§. XLIX.

Singulare genus campanarum videre est apud Drexelium in aurisod. citante Dietherro in addit. ad Besold. voc. Glocken. Hispanus, inquit, vir religiosus, memoriae prodidit, Ramirum Hispaniæ Regem in suos Proceres ed sævisse, ut quosdam illorum in campanæ circulum suspenderit, alios autem ad id spectaculi ed evocatos, ut campanam illam admirabilem novam viderent. Habes ergo campanam ex corporibus humanis constatam, sed sonum non edentem.

§. XLIX.

An & butyraceam cupis? Habes talem Rothomagi in Gallia prægrandem ex butyro indulgentiali constatam, Calvör in ritual. eccles. P. 2. sect. 1. cap. 8. §. 7. cujus inscriptio est:

Je suis nommé George d'Amboise,

Qui plus de trente six mille poise,

Et si qui bien me poïsera,

Quarante mille y trouvera.

Rationem denominationis hanc tradit Idem c. 7. §. 8. Cum videret Urbis Archiepiscopus, Georgius Amboisus, Dicecesin suam adeo olei laborare penuria, ut vix sufficeret temporis

quadagesimali; ejus loco butyri usum concecit, ea tamen conditione, ut singuli penderent obulos 6. Turonenses, ex qua collata pecunia Turrim extrui curavit, cui inde (ut & campanæ) à butyro nomen. Gallicè illa turris *la Tour de beurre*.

§. L.

Addimus adhuc *campanas lapideas*, quibus utuntur Africani populi, & inprimis illi, qui Regi Præstigiani parent, Salmuth *ad Panciroll. de reb. memor. lib. 2. tit. 9.* & quas sonum minime ingratum edere dicit Hoffmannus *in lex univers. voc. campana*. De *campana urinatoria* (quæ tamen huc proprie non spectat) qua utuntur urinatores res in mari submersas exinde extracturi, fusè agit Sturmius, Professor quondam Altdorffinus celeberrimus, *in Collegio experimental. sive curioso, tentam. I.*

§. LI.

Propter varium usum, quem ante adduximus, *campanæ* etiam varias sortiuntur denominationes, de quibus Durandus *in ration. divin. offic. l. 1. c. 4. n. 11.* idque juxta ipsam *ex hac ratione, quia prædicatores per illas designati* (v. supra §. XIII.) *ad multa necessarii sunt*. Sic *Squilla* pulsatur in triclinio, id est, refectorio. Ita Durandus. Ast Hoffmannus *in Lex. univers. hac voc.* squillam describit, quod sit campanula cum manubrio, quæ in Romana Ecclesia ad elevationem Sacramenti & dum portatur corpus Christi ad infirmum, pulsatur, quo etiam inclinatur Durandus, *l. 14. c. 41.* Porro *Cymbalum* juxta Durandum est in claustris, & hoc du Fresne *in glossar. hac voc.* dicit esse campanam, qua Monachi cidentur ad refectorium. *Nola* juxta Durandum est in choro; Hoffmannus autem *voc. Nola*, dicit esse campanulam, quæ in refectorio ad mensam Abbatis appenditur, qua is vel lectionis, vel convivii finem significat. Ita promiscue utuntur scriptores hisce vocabulis. *Nolula* sive *dupla campana* in horologio: *Campana* in campanili: *signum* in turri, Durandus *d. l. c.*

l. c. 4. n. II. Hoffmannus interim *voc. signum* & hæc sæpe promiscue usurpari dicit.

§. LII.

Obiter hæc adhuc notamus, quod olim, *quia campana juris parochialis signum est* & Missæ quondam non habebantur in monasteriis, *Monachis etiam campanas habere non fuerit permissum*, unde etiam Templariis & Hospitalariis aliisque habentibus in suis domibus oratoria campanarum usus à Celestino III. vetitus in *c. patentibus 10. X. de privileg.* Ceterum huic generali consuetudine deinde derogatum esse dicit Eman. Gonz. Tellez *ad cit. c. 10. n. 7.* Unde ita quoque intelligenda esse puto, quæ hac de re adducit Card. Bona *rer. liturg. lib. I. c. 22. §. 3.* Quod, inquit, *ad campanarum usum spectat, memini me legisse apud quosdam juris Canonici interpretes, non licere Religiosis plures campanas habere, sed unam duntaxat per Const. Joh. XXII in extrav. c. un. de offic. custod. sed ea constitutio, addit, de solis mendicantibus loquitur, eisque mandat, ne plures campanas habeant sine licentia Apostolicæ sedis propter lites inter ipsos & cathedrales Ecclesias hac de causa exortas: at ubi plures sine contradiçione possidebant, illis deinceps libere uti permittit.* De Monachis nihil decrevit, &c. Hinc Casalius *de veter. sacr. Christ. rit. c. 43.* dicit, aliquos ex Religiosis hodie eo devenisse continuo campanarum sonitu diu noctuque, *ut potius sepe fideles ad impatientiam & iracundiam, quam ad pietatem inde provocentur* & plurimi aliquando infirmi, sive in secessu studentes hoc satis experiantur. Interim Petrus Boerius ait, *signum campanæ quondam in Coenobiis Monachorum vel fractum fuisse, vel perforatum, ut sonum emitteret terribilem, idque ut Monachi recordarentur terribilis illius vocis: Venite ad judicium.* Vel in signum, quod fumus de ordine B. Benedicti, cujus tintinnabulum Diabolus jactu lapidis fregit, Tellez *tom. 5. ad c. 10. X. de privileg. n. 6. inf.*

§. LIII.

Albericus notat, olim in Urbe magna contentione certatum: *liceatne Dominicanis plures habere campanas?* nec minore studio, impendio autem multo maximo per *sodalitium ordinis*, ut vocant, *Humiliatorum*, adversus nescio quos Monachos, *qui priores deberent pulsare matutinum?* anxie quaesitum. Atque post diurnam litem, operamque & impensam egregie perditam gravi profecto sententia causam decidam tandem, videlicet, *quod qui primo surgeret, primo pulsare deberet.* Habes, quod rideas, inquit Simon Scharidius in *Lex. jurid. voc. campana*, qui ipse hunc lepidum Processum ex Alberico recenset.

§. LIV.

Turris Ecclesiæ, in qua campanæ pendent, vocatur *campanarium*, vel etiam *campanile*, cujus summitati crux communiter imponitur & figura *galli gallinacei* in ea effingi solet, qua ipsa Ecclesiarum rectores vigilantæ admoneri dicunt, quippe ut ait Honorius August. *lib. i. c. 44. per gallum admonetur Presbyter, Gallus Dei, ut per campanam dormientes ad matutinas excitet.* Plura loca huc pertinentia adducit Carolus du Fresne in *glossario voc. campanarium & campanile*, quæ singula exscribere non vacat.

§. LV.

Denique, qui catalogum *maximarum & insignium campanarum* desiderat, *Lugdunensis* in Gallia, *Tolosana*, *Rotomagensis*, *Parisiensis*, *Erfurtensis*, ille adeat *Calvörum in ritual. eccles. P. 2. sect. i. cap. 8. §. 7.* *Berolini* in turri ædis cathedralis tamen campana deprehenditur, quæ *Erfurtensem*, quoad pondus superat. In Germania alias *Landshtutana* in Bavaria omnium dicitur esse *altissima: Argentoratensis pulcherrima: Viennensis fortissima*, Id. *Calvör l. c. c. 7. §. in f. De Moscovitica supra §. XLII.* dictum. *De Stetimensi, Aquisgranensi, Noribergensi* aliisque ante nominatis add. *Diether. addit. ad Besold. voc. Glocken. De Magdeburgensibus v.*

De

Beschreibung der weltberühmten Dom-Kirchen zu Magdeburg
cap. 2. rubr. die Thürme. Perginus nunc ad

CAPUT II.

QVOD

QVÆSTIONES JURIDICAS POTIORES PERTRACTAT.

CONTENTA HUIUS CAPITIS.

AN Campanarum usus sit ex commo Reip. *Vespera Sicula.*
Matutina Parisiensis. §. I. Campanarum usus à suprema di-
visione Principis & Capitis Reip. dependet §. II. Princeps ob lu-
ctum publicum campanarum sonitum per integram Provinciam in-
dicit. Quæstiones huc pertinentes §. III. Quid verò, si Comes
aliquis aliave illustris persona in territorio Principis prædia aliqua,
vel integrum districtum cum Regalibus nonnullis possideat? §. IV.
Campane interdum quoque aliquot dies ante exequias & in ipso exe-
quiarum die pulsantur. §. V. Mortuo Imperatore campane per to-
tum imperium sonantur. Cujus jussu? §. VI. Patroni in ecclesiis
patronatis ob funus domesticum sonitum campanarum indicunt §. VII.
(Jus Patronatus interdum per campanas probari potest §. II X.) An
jus indicendi talem sonitum etiam dominis jurisdictionalibus compe-
tere possit? per quas personas campane tunc pulsantur? §. IX. Alia
hies inter Patronos & Dominos jurisdictionales occasione luctus pu-
blici §. X. De tempore, intra quod jus indicendi sonitum campa-
narum per præscriptionem acquiri possit §. XI. Sonitus campana-
rum in exequiis defunctorum nemini regulariter denegandus §. XII.
Interdum tamen ille sonitus temperari solet §. XIII. Interdum pla-
ne denegatur. Sepultura asinina, sive canina §. XIV. De casu: si
persona aliqua sepelienda, qua diverse, in imperio tamen tolerata
religioni addita fuit. Controversia Hildesensis. §. XV. An Prin-
ceps Reformatus subditis Lutheranis proprium templum habentibus
usum campanarum ad Reformatos spectantium concedere possit?

Con-

Controversia Cörbensis. §. XVI. Responsa Facultatum Juridicarum, J. n. r. s. & Helensis §. XVII. Ille campana sonentur, quae in ecclesijs Parochiali habentur, ubi quis de essit. Iniquitatem sapit, quod in illis locis etiam aliquid solvendum, per quae funus transit, licet campana non sonentur. §. XIX. Qui pro sonitu campanarum in funere ad se non spectante aliquid erogavit, habet actionem funerariam & in concursu alijs preferitur §. XIX. Circa usum campanarum in exercitio Religionis publico ad observantiam A. 1624. respiciendum. Catholici Evangelicorum campanis suo arbitrio uti nequeunt. Lites Hildesenses §. XX. Nec templa adificare, nec campanas in Capellis suspendere licet contra observantiam A. 1624. Nec alibi Religioni non dominant, nec Legatis exterorum Principum campanas suspendere & pulsare permittitur. §. XXI. Convocatio Capituli per campanam. Casu singulari ex c. 30. X. de elect. §. XXII. Alius casus, quando de alienatione rei ecclesiasticae agitur, ex Paponio §. XXIII. an actus à Capitulo celebratus nullus sit, si convocatio per campanam facta non fuerit? §. XXIV. Campana juxta principia Pontificorum rigidiorum sunt res sacrae §. XXV. Aliter in Gallia pronuntiatum & aliter quoque apud Evangelicos res sese habet §. XXVI. Princeps propter publicam, vel ecclesia utilitatem de campanis disponere, illasque vel alienare vel ad alios usus applicare potest, §. XXVII. De legato campana §. XXVIII. De legato ad campanam comparandam §. XXIX. Privilegia nundinarum incipiunt demum, quando signum initiationis per campanam datum, & finiuntur statim, quando signum finitarum nundinarum iterum per campanam datur §. XXX. quid si debitor ante pulsam campana jam de fuga suspectus sit? Differentia inter praxin communem & juris Saxonicæ. §. XXXI. Modus pulsandi campanas specialis tempore incendii ex jure Magdeburgico. De vigilijs eorumque negligentia. De casu, si ignis ante pulsam campana jamdum extinctus. §. XXXII. an immodicus campanarum pulsus propter egrorantes inhiberi queat? §. XXXIII. In urbibus obsessis campana non pulsantur, hujusque ratio §. XXXIV. Cujus auctoritate campana pulsari debeant tempore exortii tumultus & in Zingarorum persecutione, & c. §. XXXV.

Exem-

Exemplar obligationis auff die Beläutung mit Läuten der Glocken §. XXXVI. *De pena eorum, qui campanas furantur* §. XXXVII. *qui damnum injuria iisdem inferunt. De fuforibus campanarum imperitiis* §. XXXIIX. *Dies in judicialibus computatur, bis man die Nacht oder Beth-Glocke läuuet* §. XXXIX. *Campanariorum forum competens* §. XL. *Conclufio Differtationis, cum ratione, quare de horologiis non egerimus.* §. XLI.

§. I.

Primo loco fortaffis non inutile erit, ut præmittamus palmariam quæftionem, quamvis politicam fimul: *utrum fcilicet in genere campanarum ufus ex commodo Rerum-publicarum fit?* Non deeffe, qui hanc quæftionem negant, dicit Joh. Jac. Speidelius in *Speculo Jurid. polit. philol. voc. Glocken* / addendo, historias oftendere, quid *Vesperis Siculis*, quid *matutinis Parisienfibus* factum fuerit, quæ ratio forfan Turcarum Imperatorem quoque movit, quod omnibus fubditis fuis Chriftianis fub ejus Imperio degentibus omnem campanarum ufum interdixerit, v. fupra *Cap. I. §. XI.* Verumenimvero re exactius perpensa campanarum ufus in fe confideratus nihil involvere videtur, quod Reip. neceffario damnum aliquod inferat, cum tot deprehendantur regna atque Civitates in quibus à longo tempore campanarum ufus viguit & quæ tamen exinde nullum incommodum, aut turbationem publicæ pacis atque tranquillitatis fenserunt. Quælibet res etiam optimæ aliàs fuum habent ufum, fimul tamen abufui funt fubjectæ, præpter quem ufus tolli nequit, nifi forfan illæ res abufui magis, quam deftinato ufui, applicentur, quod de campanis vix oftendi poterit. Sæpe potius cives per fonitum campanæ ad arma vocatos & fic civitates ab intentata invafione hoftium liberatas effe, historia teftantur, de *Leodiensibus*, quibus Carolus Dux Burgundiæ impinebat, v. *Cominæus de reb. gef. Ludov. XI. lib. 2. de ufu campanarum Florentinis* adverfus Carolum IIX. Regem Galliæ,

F

&

& *Norimbergensibus* contra Carolum V. salutarî, v. Zieritz *ad const. crim. art. 82.* Interim tamen, quemadmodum omnia inventa humana dispositioni Principis subjacent, ut eadem usui Reipublicæ attemperare & pro re nata plane etiam tollere possit: ita quoque Principem peccare non putamus, si interdum propter concurrentes circumstantias usum campanarum vel in perpetuum, vel ad tempus aliquod è Republica relegat, quò pertinent ea, quæ habet Johannes Bodinus de *Republ. lib. 4. p. m. 761.* Ad ea, inquit, *sedandarum inter cives. discordiarum præcepta pertinet illud etiam, ut commotis civibus nolæ ac tintinnabula prohibeantur, quod factum legimus in Monsbeliensi ac Burdegalensi seditione, quas tamen restitui non sine magna mercede placuit: quam sapienter, non disputo. Certe Turcarum Rex ac ceteri Principes orientis inventum illud Nolanorum Campaniæ cum à suis civitatibus quam longissime repulissent, maximam bellorum civilium occasionem à suis cervicibus depulerunt, (quod tamen hodiernis temporibus, ubi & apud Turcas frequentes sunt seditiones ac rebelliones, vix convenit.) Clangor enim, addit Bodinus, cum mentes hominum à quiete deturbar, tum vero sonitus Nolarum eo, quo ad incendia concepta modo, quatuntur, etiam sapientes à sanitate in furorem præcipientes agere consuevit.* Nos hæc ultima verba eo saltem modo, ut ante dictum, admittimus.

§. II.

Manet interim hoc, quod *campanarum usus* in quibuscunque casibus, quos in præcedenti capite à §. XXIII. usque ad §. XLVII. recensimus, à *Suprema directione Principis & capitis Reipublicæ* dependeat & quod per consequens nemo campanis uti queat, nisi consensus Principis vel expressus, vel ad minimum tacitus, id est, permissio & conniventia adsit. Age, specialius hoc ad diversos casus applicemus, de quibus in foro controversi solet. Diximus inter alia §. XXIX. *Cap. præced.* quod *quando aliquis mori-*

III,

tur, campanæ pulsari soleant, quaritur: cuius iussus atque autoritas hic requiratur? Hic, ut confusio evitetur, duo casus ab invicem probe sunt separandi. Aut enim sonitus campanæ fieri debet per integram aliquam provinciam, quod fieri consuevit, quando vel ipse Princeps, vel aliquis de ejus familia diem obiit supremum, unde etiam luctus universalis dicitur, ein allgemeines Landtrauren; vel ille sonitus solum in una Parochia, aut pluribus quidem, sed sub eodem Patrono, aut Domino jurisdictionali existentibus instituitur.

§. III.

Quod priorem casum attinet, res expedita est, quod sonitus campanarum ipsius supremi Principis jussu fieri debeat, quippe cuius solius potestas per integram Provinciam sese extendit, quique simul moderatur, per quantum tempus & per quot hebdomades pulsus campanarum continuandus, hoc enim ex mero ejusdem arbitrio dependet. Apud nos communiter per sex hebdomades campanæ, pulsari solent, quando personæ regnantes moriuntur, ut videre est ex formulis indictionum luctus publici ob mortem Potentissimi Electoris, Friderici Wilhelmi Magni, nec non Augustissimæ Reginae, Sophiæ Charlottæ, apud Dn. Böhmerum in *Diss. de eo, quod iust. est circ. luctum public.* §. 25. *ibi: sonbern auch in allen Kirchen in Städten und auff dem Lande von 12. bis 1. Uhr Mittags die Glocken 6. Wochen gelautet und als sofort bey Erhaltung dieses dazu der Anfang gemacht &c.* Alias saltem quatuor, vel tres septimanæ determinantur. Quod si duo de Principatu litigent, ei hæc indicendi potestas competit, qui in possessione est constitutus: *Si sequestratio facta, tunc sequester uti alia jura, ita & hoc sine dubio exercet, id. d. diss. §. 26. De tutore Principis minorennis, quin hoc durante minorennitate nomine Principis illius, cuius tutelam gerit, facere queat, nullum dubium subesse videtur.*

§. IV.

Ejusmodi supremi Principis jussui omnes indistincte parere tenentur, qui in illo territorio deprehenduntur. Sed *quid si Comes aliquis aliave illustris Persona in tali territorio prædia aliqua, vel integrum districtum cum Regalibus nonnullis possideat?* Res eodem modo sese habet, sufficit enim, Principem jura superioritatis territorialis ibi exercere. Pertinet huc rescriptum Rever. & Seren. Administratoris Magdeburgensis, Augusti, quod 1669. d. 27. Dec. an die von H. zu S. emanavit, in hisce terminis conceptum: P. P. Uns ist gebührend fürgetragen / was wegen des von dem Consistorio zu E. beschehenen Verboths / zu wieder der Verordnung / die wir über dem absterben Unserer freundlichen Herzogeliebtesten Gemahlin Edden Christseeligen Andenkens des Läutens halber gemacht / ihr unterhänigst berichtet. Wann dann dergleichen von andern Orthen auch eingelauffen / und wir Krafft des Uns in der Graffschafft M. unserer Magdeburgischen Hoheit zustehenden Landes-Fürstlichen Rechtens nichts minder befohlen / das angeordnete Läuten auf die bestimmte Zeit zu continuiren: Als begehren wir hiemit gnädigst / ihr wollet euch an das Consistorialische Verboth nicht kehren / sondern vielmehr zu folge Unserer Verordnung das Läuten fortstellen lassen / auch dafern der Pastor und Küster dazu nicht wolten Anstalt machen / sollet ihr dasselbe durch andere euerer Unterthanen verrichten lassen. Quod posterius tunc quoque factum.

§. V.

Non solum vero statim post obitum campanæ ita pulsantur; sed interdum hoc quoque *aliquot dies ante exequias*, imo *ipso die exequiarum* fieri consuevit. Exemplum præbuit iterum mors Augustissimæ Borussiae Reginae, ubi hunc in modum mandatum emanabat A. 1705. d. n. Maji. D. G. G. Friederich / König in Preussen / tot. tit. Nachdem wir resolviret / die Leiche von Unserer hoch- und herzogeliebtesten Gemah-

mahlm der Königin Majestät auff den 28. Junii nächstkünftig solenniter beysetzen zu lassen; Und Wir dabey allergnädigst wolzlen/ daß 14. Tage vorher das Geleut / wie in denen zurückgelegten 6. Wochen / wieder geschehen == solle. Et porro sub dato ejusdem anni d. 12. Jun. Wir haben euch bereits anbesohlen / die Verfügung zu thun / daß 14. Tage vor dem 28ten hujus / auff welchen Wir die Begräbnis von weyland Unserer Gemahlin der Königin Majestät angesetzt / mit dem Geleute / wie vorhin geschehen / wieder angefangen und bis dahin continuiret werden solle. Nachdem nun sothane Zeit te mehr und mehr herannahet; Als finden wir nöthig / gedachter Unserer Verordnung annoch beyzufügen / daß auff den Tag des Begräbnisses drey mahl / und zwar von 7. bis 8. Uhr zum ersten / von 10. bis 11. Uhr zum andern / und des Nachmittags umb 2. Uhr zum dritten mahl / iedes mahl mit 3. Pussen und allen Glocken geläutet == werden solle. Prout ante diximus, ita & hæc omnia ab arbitrio summi Principis dependent.

§. VI.

Sonantur etiam Campanæ per totum imperium, quando Imperatorem mori contingit. Quamvis vero Status Imperii tali casu non dedignentur signa luctus publica edere; interim tamen Successor in Imperio, si talis statim adest, & per consequens Successore statim non existente, Vicarii Imperii talem luctum & in specie sonitum campanarum universalium in territoriis Statum pro imperio injungere non possunt, quia hoc ipso supremum jus superioritatis territorialis aliquod detrimentum pateretur; sed experientia testatur, quemlibet Statum in suis Provinciis hoc casu, uti alias, unice disponere, quæ nexus inter ipsos & imperii caput exigere videtur. Exemplum recentissimum dedit beatus obitus Augustissimi Leopoldi, ubi Rex noster Augustissimus mandavit, daß 14. Tage nach einander alle Glocken umb 12. Uhr Mittags mit 3. Pussen geläutet werden sollen. Integrum mandatum sue Differt. de eo, quod justum est circa luct. publ. §. XXIII

inieruit Dn. Böhmer. Ex quibus vero causis campanarum apud Evangelicos pulsantur, de eo dictum *Cap. I. §. XXIX.*

§. VII.

Hæc de indictione sonitus Campanarum, quæ fit ab ipsis summis Principibus per univcrsum territorium. Post hosce Patroni quoque obfunus domesticum sonitum campanarum in Ecclesiis patronatis ad aliquod tempus indicere consueverunt, quod ab initio ex fundatione, extructione vel dotatione Ecclesiarum profluxisse videtur, v. Finckelth. *de jur. Patron. c. 4. n. 2.* hodie vero ex concessione Principum, qui Patronos de jure Patronatus investire solent, maximam partem dependet, unde non incommode jus subalternum dici potest, v. Illustr. Stryk. *in not. ad Brunnem. jus Eccles. l. 2. c. 8. §. 9.* unde orta appellatio des Kirch- & Lehns / oder Pfarr- & Lehns. Quemadmodum verò Canones & Doctores Patrono honorem exhibendum esse asserunt, quos citat Carpzov. *Jurispr. Eccles. l. 2. tit. 24. n. 9.* ita quoque jus indicendi sonitum campanarum aliaque luctus signa ex eodem fundamento sine dubio profluxit, nam exinde etiam deducunt jus, insignia familiarum in templis depingendi, Menoch. *de recup. poss. remed. 15. n. 47. 48.* Finckelth. *de jur. Patron. c. 6. n. 153.* ubi & alia huc pertinentia adducit.

§. IIX.

Quoniam hic de jure Patronorum in directione campanarum funebrium egimus, ob affinitatem materiam simul subijciemus quæstionem: *annon Campanarum ad probationem juris Patronatus aliquid conferre possint?* Respondent DD. affirmative, præsertim in causis antiquis, in quibus & alias probationes, licet quodammodo imperfectæ sint, admitti solent. Ergo Jus Patronatus per *priscas literas, scripturas, notas,* non modo parietibus, tabulis, foribus & lapidibus, sed & *campanis incisas* probatur, Finckelth. *de jure Patron. c. 8. n. 44.* ubi simul tres rationes hujus asserti subjungit: (1) quia non est credibile, tales scripturas & incisiones, si veræ non essent, in

in publico fuisse positas, (2) quia verus alius patronus in præjudicium juris sui eas non tolerasset, (3) quia propter antiquitatem lex facilioribus & levioribus probationibus ac verisimilibus conjecturis contenta est, v. Mascard. *de probat. Vol. 2. Concl. 958. n. 21. & Vol. 1. Concl. 230. n. 2.* Menoch. *de præsumt. l. 3. c. 90. n. 10. & lib. 2. c. 58.* Gail. 2. *Obs. 149. n. 8.* Obstare quidem hæc videtur *l. 6. C. de religiof.* verum illa lex est limitanda, nisi aliud quid adminiculetur, v. g. *antiquitas temporis*, & sic solæ inscriptiones non probant, bene tamen, si cum tali antiquitate conjunguntur, quod non negat citata lex, v. Steph. Forcatulus in *Necyomantia jurisperiti Dialog. 1. n. 34.* Dion. Gothofr. *in not. ad d. l. 6.* Aliter respondet Finckelth. *d. c. 8. n. 45.* conf. Brunnem. *in Comm. Cod. ad cit. l. 6.*

§. IX.

Hæc quasi in parenthesi. Jam iterum ad jus dirigendi campanas funebres. Diximus in §. VII. illud regulariter ad Patronos spectare. Quæritur autem: *annon illud interdum Domini juris d. ctionales* etiam, qui non gaudent jure Patronatus, *ob funus domesticum exercere queant?* Affirmamus quæstionem, ita scilicet, ut hoc interdum ex pacto, interdum vero ex consuetudine provenire possit. De priori nullum dubium est, cum Patronus & hic de jure suo per pactum aliquid remittere queat. Sed nec posteriori casu urgens ratio dubitandi subesse videtur, modo possessio & consuetudo ritè probetur, quod ita facile expeditur, si mandata originalia, quæ obvenientibus casibus ad subditos directa fuerunt, probe asservantur, & à Prætoze atque Scabinis paganis, (aut quomodo illos alibi vocare moris est) testimonium in fine subjicitur, quod nempe sonitus campanarum jussu Domini jurisdictionalis expeditus fuerit. Confirmat ea, quæ hic asseruimus; quotidiana experientia. Sic in causa *derer von H. zu E. wider das Gräffl. M. Consistorium zu E. Rever. & Seren. Administrator Archiep. Magdeb. Augustus A. 1666. d. 31. Aug. rescriptis*, wann dann nun / wie angeführet / dergleichen Hinfäuten bey dem

dem Amte S. in begehenden Fällen hergebracht / demselben nie-
mahls vorhin contradiciret worden / es ohne dem auch nichts
ungewöhnliches / daß dergleichen von denen / so Jurisdiction üs-
ber einen Orth haben / angewiesen werde * * begehren dahero
an Euch gnädigst / Ihr wollet dieses Beginnen den Verordnes-
ten des Confistorii gebührend verweisen / und sie dahin halten /
damit der von S. in seinem Herkommen und Befugnis nicht fer-
ner beeinträchtigt / sondern das angeordnete Läuten ungehin-
dert vollbracht werden möge. Similem in modum in eadem
causa rescriptit Potentissimus Fridericus Wilhelmus, glorio-
se memoriae, A. 1684. d. 7. Aug. P. P. Mit gnädigstem Befehl
ihr wollet bey so bewandten angeführten Umständen / da der
Supplicant unterschiedliche Actus des Hinläutens quiete exer-
ciret / ihn bey der dadurch erlangten possesss vel quasi so lange ge-
rühig lassen / bis ihr durch ordentlichen Weg Rechts ein an-
ders wieder ihn ausgeführet. Fides Actorum publicorum
hæc omnia comprobat. Interim *ratione personarum per
quas sonitus Campanarum expeditur*, hæc differentia adhuc
observanda, quod quando Patronus sonitum illum indicit,
custos; quando autem Dominus *jurisdictionalis* hoc jus exer-
cet, *subditi alternatim* campanas pulsare soleant. Patronus
enim subditis nihil injungere potest, custos econtrario Domi-
no jurisdictionali in ejusmodi rebus parere communiter re-
cusat.

§. X.

Non solum vero tales dissensiones inter Patronos atque
Dominos jurisdictionales deprehenduntur intuitu funerum
domesticorum; sed & tunc eodem modo inter se certare so-
lent, *quando luctus publicus ab ipso Principe indicitur, v. §. III.
segg. h. Cap.* Scilicet quæstio eo redit: *utrum mandata Princi-
pis tali casu ad Patronum, an vero ad Dominum jurisdictiona-
lem dirigi debeant?* Regulariter pro Patrono iterum respon-
dendum erit, quoniam campanæ accessorium, vel pertinens
quoddam Ecclesiæ patronatæ sunt; interim tamen & hic non
raro

raro exceptiones dantur, prout exemplum, quod in §. *prac.* adduximus, testantibus Actis hoc iterum ostendit. In alia tamen causa in Sachen des Gräffl. W. Consistorii imploranten contra E. W. von d. S. imploraten Illustre Regimen Magdeburgicum A. 1707. d. 26. Martii pronunciavit, daß Implorant (à quo jus Patronatus exercetur) bey der possess. vel quasi der Anordnung der Trauer und Hinläutens bey vorfallenden Todes-Fällen dergestalt zu schützen/ daß implorat nach gescheneher Alt-Fundigung von denen Cangeln / unerwartet einiger ferneren requisition die Unterthanen des Amtes E. durch Gerichtlichen Befehl zu Verrichtung des Hinläutens anzuhalten verbunden / quæ sententia in rem judicatam transit.

§. XI.

De tempore, intra quod tale jus, de quo ante dictum, à Dominis jurisdictionalibus contra Patronos præscribi possit? adhuc videndum. Sunt vero hic duo casus ab invicem separandi. Aut enim *præscriptio contra Principem* allegatur, quando scilicet hic jus Patronatus per Præfectos suos exercet, aut vero contra *Patronum*, qui æque, ut Dominus jurisdictionalis, in privatorum classe est constitutus. *Priori casu*, quia ipsum jus Patronatus & omnes ejusdem partes ad regalia pertinent, præsertim apud Evangelicos, hinc juxta praxin *præscriptione immemoriali* opus erit, Illustr. Stryk. *de invest. action. sect. 4. Membr. 5. n. 180.* *Posteriori casu* autem 30. anni sufficient, l. 3. C. de *Præscript. 30. vel 40. ann.* ibi: *vel jus aliquod postuletur.* Possit adhuc *tertius casus* superaddi, si scilicet ejusmodi jus *contra ipsam ecclesiam non patronatam, sed liberam* præscribatur, & tunc præscriptio 40. annorum locum habebit, v. Illustr. Stryk. *in not. ad Brunn. Jus Eccles. l. 2. c. 8. §. 8.* Hoc tempus itaque requiritur, si quis in *petitorio* securus esse velit, quoad *possessorium* vero *summarissimum* præsens possessio sufficit, donec alter in *petitorio* contrarium probet. Verum hoc iterum limita, si privatus contra privatum agit; nam si privato cum ipso Principe res est, tunc possessio ab onere probandi possessorem non liberat, nam & in quovis

G

pos-

possessorio contra Principem opus est tituli allegatione, Mey. P. I. Dec. 44. n. 6. in not.

§. XII.

Hæc de directione Campanarum funebrium. Nunc ob affinitatem materiæ *de usu campanarum in funeribus privatorum* nonnulla subjicienda erunt. Notum enim est, quod regulariter in funerationibus publicis sonitus campanarum adhiberi solet, interdum autem e contrario idem cum reliquis ceremoniis plane interdicitur. *In dubio hoc est observandum, quod honesta sepultura & sic etiam sonitus campanarum nemini denegari debeat*, licet quis in via publica occisus reperitur, aut ex casu fortuito ac improvise minus felici morte abreptus fuerit, quia semper in benigniorem partem est præsumendum, v. Carpzov. *Jurispr. Eccles. l. 2. Defin. 375. & Defin. 381. Schilter. instit. jur. canon. lib. 2. tit. 14. §. 8.*

§. XIII.

Interdum tamen, uti aliæ ceremoniæ, ita quoque *sonitus campanarum temperari solet*. Huc pertinet casus, si quis ex melancholia, furore, aliave animi impotentia mortem sibi ipsi intulit, Carpzov. *d. l. Def. 377. & 378. ibi: als begehren wir hiemit gnädigst / du wollest dem Manne verstaten / daß er bey so gestalten Sachen sein Weib mit der halben Schule und Geläute auffm Kirchhoff / jedoch an einen abgelegenen sonderbaren Ort bestatten lassen möge / &: begehren demnach / ihr wollet gedachtes von H. Befreundte dahin bescheiden / daß sie auff nächsten Donnerstag Nachmittage umb 3. Uhr den Leichnam mit dem halben Geläut / auch halben Stadt- Schule und Ministerio &c.* Huc pertinet etiam casus, si Reus durante inquisitione moritur, qui tamen de crimine nondum confessus, vel convictus fuit, Carpz. *def. 380. ibi: Ihr wollet ohne Verögerung dem Verstorbenen mit einer Glocken läuten / ihn auff den Kirchhoff legen und an eine Seite begraben lassen.*

§. XIV.

Interdum denique *sonitus campanarum cum reliquis ce-*

remonis *plane intermittitur*. Hoc fit intuitu impiorum, contemptorum verbi divini & Sacramentorum, Carpzov. *d. l. def. 382. ibi*: So werdet ihr die Verordnung thun / daß er auff einen Winkel des Kirchhoffs / ohne Klang / Gesang / und gewöhnliche Ceremonien begraben werden möge: nec non propricia- rum, qui ex desperatione, aut metu poenæ promeritæ vitæ filium ipsi abrumpunt, Id. *def. 376. ibi*: daß er ohne Geläute und andere Kirchen: Ceremonien in der Stille an einen beque- men Ort ausserhalb des Kirchhoffs &c. item intuitu reorum delinquentium, convictorum vel confessorum & in reatu morientium, Id. *def. 379. n. 7. ibi*: ohne Gesang und Geläute / quod vocatur sepultura afinina, seu canina, non quod eo ipso poe- na proprie sic dicta in cadavera statuatur, sed in terrorem & exemplum aliorum ita fieri consuevit, v. Petr. Heigius P. 2. *quest. 37. Schilter. Inst. jur. Can. l. 2. tit. 14. §. 9. & 10. ubi alia adhuc exempla, excommunicatorum scilicet eorumque, qui in torneamentis illicitis pereunt, add. Barbosa de jur. Eccles. l. 2. c. 10. n. 39. sqq. Illustr. Stryk. in not. ad Brunnem. Jus Ec- cles. l. 2. c. 2. §. 12. verb. extra Cameterium.*

§. XV.

Sed quid, si persona aliqua sepelienda, quæ diversa, in Imperio tamen tolerata Religioni addicta fuit? Carpzovius quidem *d. l. 2. def. 383.* sonitum campanarum ejusmodi funeri- bus denegat, v. *num. 16. ibi*: ohne Glocken: Klang; verum pro ejus excusatione adduci potest, quod, uti Programma li- bro præfixum indicat, A. 1645. & sic ante Instrumentum Pacis scripserit, in Instrumento Pacis Westphalicæ de A. 1648. autem *Art. V. §. 35.* res aliter & clare decisa reperitur, in verbis: *sive autem Catholici, sive A. C. fuerint subditi, (tales scilicet qui A. 1624. Religionis exercitium nullum habuerunt ex §. præc. 34.) nullibi ob Religionem despiciatui habeantur, - - multo minus publicis cameteriis honoreve sepulture arceantur, aut quippiam pro exhibitione funeris a superstitionibus exigatur, præter cujusque Ecclesiæ Parochialis jura pro demortuis pen-*

di solica, sed & in his & similibus pari cum concivibus jure habeantur, æquali justitia protectioneque tuti. Ergo Evangelicorum cadavera in cœmeteriis Catholicorum à Ministris Ecclesiæ Catholicis sunt sepelienda & quidem adhibito sonitu campanarum, & vice versa Catholici à Ministris Evangelicis, ita ut etiam ab Evangelicis campanæ sonentur & Evangelicis jura alias pendi solita non denegentur. Hinc Status Provinciales Hildesienses in Gravaminibus suis justè conquesti sunt, quod Catholici nonnullis in locis templa Evangelicorum propria auctoritate aperire, campanas sonare & funera per Clericum Catholicum ad locum sepulture in cœmeterio Ecclesiæ Parochialis Evangelicorum deducere ausi fuerint, v. *Anti Vindicias Statuum Provinc. Episcop. Hildes. de A. 1703. pag. 48. 157. seqq.* ubi in specie p. 158. etiam ostenditur, quod Recessus Hildesiensis de A. 1643. quem vocant den Religions Recess, & in quo disponitur, daß die Glocken beyden Religions Genossen gemein bleiben sollen / per *Instrum. Pacis de A. 1648. Art. V. §. 33.* sublatus fuerit, *verb. Et inter illa, que Episcopus Hildesiensis.*

§. XVI.

Quæ de Catholicis & Evangelicis modo adduximus, illa eadem ratione *ad Evangelicos inter se* pertinent, ut scilicet Reformatus in Lutheranorum & Lutheranus in Reformatorum cœmeteriis adhibito sonitu campanarum sit sepeliendus, ita tamen, ut jura pendi solita Ecclesiæ Parochiali præstentur. Sed quid si v. g. *Lutherani in territorio Principis Reformati, ipsius Principis indultu, jus constituende Parochiæ nacti fuerint, & Princeps Lutheranis permiserit, ut in exequiis campanis Reformatorum tanquam rebus communibus utantur,* quoniam forte adhuc propriis campanis destituti sunt? Cautè formavimus statum controversiæ de Principe, qui Religionis exercitium & jus Parochiæ concedit subditis *diversam Religionem ab ea, quam Princeps agnoscit, proficientibus,* v. g. Reformatus Lutheranis & vice versa, alias enim, si tale quid subditis *sue Religionis* in præjudicium reliquorum, qui sunt *diver-*

diversæ Religionis, indulgere velle, decisio, quantum ad Evangelicos, ex *Art. VII. Instrumenti Pacis Westphalicæ* haurienda, intuitu Catholicorum autem ad terminum A. 1624. respiciendum esset. Ventilata fuit quæstio illa proposita in Principatu *Anhaltino* in civitate *Röthen* ante aliquot annos, postquam Princeps Reformatae Religioni addictus, subditis suis Lutheranis publicum Religionis Lutheranae exercitium concesserat & simul disposuerat, daß der Reformirten Gottes-Aker beyder Religionen Verwandten gemein bleiben und ein jeder seine Leiche durch das seiner Religion zugethane Ministerium und Schulbediente begraben zu lassen / Macht haben / auch insonderheit derer Reformirten Geldut denen Lutheranern / weil diese zur Zeit mit Glocken schlecht versehen / nicht versaget werden solle. Hoc ipso scilicet Senatus oppidanus tanquam Patronus Ecclesiae Reformatae, ut & Ministerium Reformatorum sese gravatum esse existimabat & hinc in facto porro contingebat, daß als auff dem Fürstl. Schlosse eine Jungfer A. M. verstorben und auff Serenissimi specialen Befehl derselben Begräbnis durch die Lutherische Priester verrichtet und dabey der Reformirten Kirche Glocken gezogen werden sollen / der Rath und Viertels-Meister mit einer Protestation und Eventualen Appellation-Schrifft ad S. Cæs. Majestatem bey Serenissimo sich beschwerende gemeldet / es auch / als Serenissimus bey dem ergangenen Befehl verharret / dabey nicht bewenden lassen / sondern dem Glockenläuter das Läuten inhibiret / auch demselben befohlen / die Glocken insgesamt mit Schloßer Anlegung zu befestigen / so auch würcklich erfolget.

§. XVII.

Consulta super hac re fuerunt diversa JCtorum Collegia, quæ tamen, in quantum ex Responsis eorum typis expressis & publicatis constat, pro Principe responderunt. Habetur Responsum Facultatis Juridicæ Jenensis inter Responsa Illustris Lynckeri *Respons. 81.* ubi sequentes rationes ad *quæst. 2.* propositam inveniuntur: Dieweil die Reformirte Gemeinde es
G 3 dise

disfalls nicht nur mit denen Lutherischen Einwohnern / als privatis, zu thun gehabt / daß etwa diese ihnen keine Gesetze vorzuschreiben mögen / ob die Reformirte ihnen ferner / und wie weit / dero Gutwilligkeit wiederfahren zu lassen: sondern der Landes-Herr selbst ihnen auferlegt / mit diesem Behüß der Glocken / da die Lutheraner dergleichen noch nicht angeschafft / denselben ferner gegen die sonst von ihnen angenommene Vergeltung zu statten zu kommen. Wozu denn der Landes-Fürst umb so mehr berechtiget zu achten / weil das Glocken-Läuten ohne diß kein Stück des Glaubens betrifft / sondern auch Glocken in weltlichen Dingen gegogen werden / &c. In eadem hac causa respondit Illustris Facultas Juridica Halensis & simul Responsum suum solidis fundamentis ex Instrumento Pacis Westphalicæ defunctis firmavit, remotis simul illis, quæ in contrarium obstare videbantur, quod Responsum tamen, cum jam in Dn. Böhmeri tract. de jure Parochiali sect. 6. cap. 2. §. 16. typis exscriptum deprehendatur, hic inserere nolumus.

§ XIX.

Ut nunc ad priora iterum revertamur, in exequiis defunctorum sonitus campanarum adhibendus est, quæ in Ecclesia Parochiali habentur, ubi aliquis decessit, ex generali regula, quod quilibet in propria Parochia sepeliendus sit, & ad Parochianos in hac materia etiam referuntur officiales, scholares, famuli, conductores, Barbosa de jur. Eccles. l. 2. c. 10. n. 33. Interim tamen & simul aliarum campanarum sonitum conjungere nemini prohibitum est, sufficit enim modo ecclesiæ Parochiali nihil decedat. Quod vero in illo casu, quando funus ad alium locum deducitur, etiam in illis Parochiis, per quas transit funus, cum reliquis funeralibus merces pro sonitu campanarum solvenda sit, licet campanæ non pulsentur, hoc aliquid iniquitatis sapere videtur, nam hic idem fere applicari potest, quod clericorum quorundam avaritiæ adscribit Illustris Strykius in Usu mod. ff. tit. de religios. c. 1. §. ult. qui quoties per novam Parochiam funus ducitur, nova funeralia exigunt, cum

cum tamen nihil laboris aut incommodi sustineant, v. Dn. Beyer in *Post. ff. tit. de religiof. pos.* 32. 33. & 34.

§. XIX.

Hoc ultimo loco circa hanc materiam binis saltem verbis adhuc monendum, quod quemadmodum ille, qui sumtus in funus alienum fecit, eosdem per institutam *actionem funerariam* repetere potest, l. 14. §. 6. ff. de religiof. ita quoque, quod pro sonitu campanarum erogatum est, eadem actione repetatur. Quoniam vero juxta *cit. l.* ratio facultatum ejus, in quem aliquid impensum, haberi debet, hinc si defunctus admodum pauper fuerit, ut jura pro sonitu campanarum pendi solita ex ejus bonis solvi nequeant, funus potius sine illo sonitu sepeliri debet, quia alias utiliter gestum esse non dicitur. Porro nullum dubium est, quin *in concursu Creditorum* sumtus propter sonitum campanarum facti primo loco ante omnes Creditores restitui debeant illi, qui eos pro debitore erogavit, v. Carpzov. P. 1. c. 28. Def. 39. Berlich. P. 1. Concl. 44. n. 27. seqq.

§. XX.

Hæc de usu campanarum in deductione funerum. Quod *cultum publicum religionis* attinet, ibi quoque extra dubium esse putamus, quod ad observantiam A. 1624. respiciendum sit, & per consequens Catholici usum campanarum, qui dicto anno ad Evangelicos solitarie pertinuit, sibi arrogare non possint, v. *Instrum. Pac. Westph. Art. 5. §. 31.* ibi: *nec minus maneat in possessione omnium dicto tempore in potestate eorundem constitutorum templorum - - cum omnibus pertinentiis.* Hinc Status Provinciales Hildesienfes A. 1694. justè conquererantur, daß sich einige unruhige Römisch-Catholische der Westfelder Glocken zu Behueff des daselbst neuerlich und contra observantiam des 1624ten Jahrs angelegten öffentlichen Gottesdienstes zu gebrauchen / zu dem Ende die Kirchen gewaltsamer Weise zu erbrecen / und da der Pastor die Kirchen Thüren verschließen / auch sonst die Fenster mit Eisen verwahren lassen / sol

soiwas alles dennoch wegzureissen und abzubrechen / ja wie endlich der Pastor den Knöppel aus, der Glocken zu Unterbrechung solcher turbationum heraus zu nehmen sich gemüßiget befunden / mit Aexten und Hammern daran zu schlagen / & paulo post : daß auff einseitiges Anbringen eines der Gemeinde selbst unbesandten Klägers zweyen Leuthen aus Westfelde den Knöppel wieder einzuhängen bey 10. Goldgülden Straffe von der Regierung nicht allein befohlen / sondern da dieselbe solchem Befehl / indem der Pastor selbigen Orts den Knöppel in Verwahrung gehabt / nicht so fort gelebet / ein anderweiter Befehl an den Pastorem bey 20. Goldgülden Straffe ergangen / und ob gleich der Knöppel salva protestatione wieder eingehäncket worden / dennoch zween Einswohner besagten Dorffs mit militärischer execution und einem Garde-Keuter belegen worden / v. *Speciem Facti Stat. Prov. Hildesf. p. 75. seqq. it. p. 130.* Scomma igitur sapiebat, quod ex altera parte des von K. reponeretur, daß mehr als zu bekand sey / daß der Pfarrer die Glocke ihres Knöppels beraubet / auch hernach mit der grossen eisernen Ketten und Pferdshellen Schloß fest geschlossen / daß der von B. die gleich von Heyden und Fürsten mit Ketten und Schloß gefangene Glocke mit einem Axtenschlag zu liberiren genöthiget gewesen / v. *dict. spec. fact. p. 117.*

§. XXI

Porro quamvis oratoria privatis habere liceat, *Dist. 1. de consecrat. c. 33.* interim tamen in talibus oratoriis nec actus parochiales exerceri, *c. 33. 34. & 35. d. dist. 1. nec etiam campanas in iis ponere publiceque pulsare permissum est*, per textum in *c. 10. X. de Privileg. v. supra Cap. I. §. LII.* (quemadmodum etiam in nonnullis locis, ubi quidem diversæ Religiones tolerantur & templa permittuntur, campanas tamen habere iis non conceditur, quippe quod sola Religio dominans sibi vindicat, v. g. Reformati in Hollandia,) Unde iterum Status Hildesienfes hoc tanquam contraventionem Pacis Westphalicæ rectè allegabant, quod in nonnullis locis in præjudicium exercitii Evangelicæ Religionis Capellæ extructæ in iisdemque

cam-

campanæ publice pulsate fuerint, hoc enim jam est signum parochialis ecclesiæ, non nudi oratorii, v. *Anti-Vindic. Hildes. p. 31. seq.* Excipiebat quidem *der von B. zu W.* (v. p. 363.) *was er eine Glocke ließe auffhengen / seinen Bedienten das Zeichen zum Essen zu geben / würde es jedermann passiren lassen; Da er nun aber durch solche Glock dieselbe zum Gottesdienst beruffen lasse / verdrieße dieses die protestirende Edelleute und Städte; ast vero ab uno. ex hisce casibus ad alterum non valet consequentia. Prius enim permittitur regulariter cuilibet privato, non autem posterius, præcipue in iis locis, ubi diversæ Religiones vigent, prout paulo ante de Hollandia dictum. Exempla etiam in Polonia, Hungaria, & alibi intuitu Evangelicorum habuimus. Sic quoque, licet exteris Legatis conciones in ædibus habere permittatur, suspendendi tamen & pulsandi campanas potestatem non habent. Neque obstat, quod *d. C. I. §. LII.* diximus, generali consuetudine dispositioni *c. 10. X. de privi.* derogatum esse; hæc enim assertio ad *Catholicos inter se consideratos* solum pertinet, contra Instrumentum Pacis vero, & quando Evangelici cum Romano-Catholicis concurrunt, allegari nequit.*

§. XXII.

Quod in Capitulis convocatio per sonitum campanæ fieri soleat & de ejus consuetudinis Autore diximus *cap. I. §. xxxiv.* in fin. Proponitur autem in *c. 30. X. de elect.* sequens casus, qui huc referri posse videtur: *Capitulum cum tota die ipsorum (absentium Canonicorum) præsentiam expectasset, subsequenti die campanam pulsari fecerunt, (sicut moris est,) ad capitulum congregandum: & tribus cum paucis complicitibus suis sese contumaciter absentantibus, Prior cum majori & seniori parte Capituli legit in Episcopum Archidiaconum Agenensem. Quærebatur: utrum hæc electio rite facta fuerit? Et quidem, si in thesi loquimur, nullum dubium subesse videtur, quin pro affirmativa responderi debeat, quoniam convocatio per campanæ sonitum rite facta & deinde pluralitas votorum pro Archidiacono Agenensi militat, quæ in collegiis & universitatibus*

H

bus

bus attendi solet, accedit, absentes propriæ culpæ adscribere debere, quod convocatione Capituli rite & legitime facta in loco electioni destinato non comparuerint. Neque hæc etiam in *cit. c. 30.* in dubium vocantur. Interim tamen, quod nihilominus postulatio Episcopi Convennarum huic electioni prælata fuerit, hoc ex specialibus causis in ipso textu recensitis promanavit. Scilicet Capitulum Tholosanensis Ecclesiæ constituerat per duas personas intermedias quinque electores, hoc modo, ut is, quem illi concorditer, vel tres ex illis eligerent, ab eis, (si persona esset idonea) pro Episcopo sine contradictione haberetur. Convenerant autem tres ex istis electoribus in Episcopum Convennarum & deinde electionem, quam de postulando hoc Episcopo fecerant, Capitulo publicaverant, reliqui duo autem subsequenter tertia die cum paucis de capitulo, reliquis absentibus elegerant Archidiaconum Agenensem. His concurrentibus Capitulum potestatem eligendi revocabat & deinde electioni Archidiaconi Agenensis ad stipulabatur, eo modo, prout paulo ante diximus. Præfert autem Papa postulationem Episcopi Convennarum, ex ratione, *quia hæc facta erat per eos, in quos totum Capitulum eligendi transtulerat potestatem, quam (cum res non esset integra, quia in tractatu jam processerant electores) Capitulum minime revocare potuerit.*

§. XXIII.

Quotiescunque *res ecclesiasticæ alienande*, tunc ad solemnitatem iterum requiritur, ut capitulum, vel collegium per sonitum campanæ ad deliberationem super causâ alienationis convocetur, v. Paponius *de arrest. notab. in Cur. suprem. Gall. l. 1. tit. 13. arrest. 3. verb. Premier, il faut que telles solennitez soient conjointes avec les causes d'aliener & ne peuvent valloir, si elles ne sont conjointement observées. Et pour declaration de ce, faut que le moyen d'aliener soit ouvert au chapitre, convent, college ou autre compagnie qui tient ce, dont l'alienation est requise, en exposant les causes & raisons pour a*
ce

ce parvenir. La Compagnie doit estre assemblée au son de la cloche à la maniere accoutumée pour traiter de la matiere, & ne seroit valable le consentement de tous, si premier se ne trouue, qu'ils aient parlé & traité ensemble de l'affaire proposé & doit le propos être ouvert par le premier de la Compagnie. Plura alia requisita longo numero recenset Papius in subsequentiis, quæ hic inferere nimis longum foret & simul etiam à scopo ablueret.

§. XXIV.

Posset hic quæri: *utrum convocatio Capituli præcise per sonitum campanæ fieri debeat*, ita ut alias acta pro nullis reputanda, aut annon alius etiam convocandi modus sit permissus? Memini talem quæstionem aliquando in facto mihi propositam fuisse, & tetigit illam Gonzalez Telez *ad c. 30. X. de elect. n. 6.* verum hic nihil decidit, sed solum ad Bobadillam *tom. 2. Polit. c. 7. n. 15.* provocat, quem tamen omni opera frustra adhibita inspicere non licuit. Interim nos putamus, convocacionem per sonitum campanæ non præcise requiri, sed eandem sine nullitatis vitio etiam alio modo fieri posse. Confirmat nos in hac opinione Linckius in *Comment. ad Decretal. tit. de his, quæ sunt à maiore parte capituli §. 2.* qui ita differit: *premonendum, quod ad actus capitulares tractandos debeant necessario vocari presentes Canonici & quidem per signa solita, campanæ scilicet aut vivæ vocis, non vero absentes & qui in loco residentie non inveniuntur.* Vides alternativam, campanæ, aut vivæ vocis, quæ in eo fundata esse videtur, quod convocatio per campanam, quantum nobis constat, in lege aliqua universali non præcipiatur, unde hîc merito applicatur notum illud: æquipollentibus aliquid fiat, nihil interest, Gothofred *ad l. 4. §. 2. ff. ad L. Rhod. de jact.* cum æquipollens tunc saltem non admittatur, quando certa forma in lege requiritur, Brunnem. *ad l. 33. ff. de iurejur. n. 1.* De convocacione universitatum per campanam adde etiam Bartolum *ad l. fin. C. de pr. ad. decur. lib. 10.* Marant *specul. aur. P. 6. de citat. n. 112.*

§. XXV.

Antequam ad alia progrediamur, quæstio hæc discutien-
da erit: *an campanæ sint res sacræ?* Guil. Durandus *in ratione*
divin. offic. l. 1. c. 4. §. 7. hæc de re ita disserit: *nec sine ratione*
inquit, majores nostri decreverunt à Deo sacratis viris signa
tangi, (v. supra Cap. I. §. XXXI.) quia, addit, & sacra res est
fidelem populum ad divinum officium, ad missam, ad commu-
nionem, ad audiendum verbum Dei coadunare, & (quia) ipse
campanæ episcopali benedictione sanctique olei unctione conse-
crate sunt (Cap. I. §. XIV. XV. & XVI.) & inter sacra eccle-
siæ vasa connumerantur. Eadem mens est Schilteri in insti-
tur. Canon. lib. 2. tit. 1. §. 9. in not. lit. a. verbis: quia est cam-
pana res sacra. Neque aliter dici potest juxta principia Pon-
tificiorum, si illa stricte sequi velimus. Res sacræ enim in ge-
nerè sunt, quæ Deo consecratæ, olim quidem per Pontifices,
§. 8. f. de R. D. postea autem eliminato Gentilismo per Episco-
pos, v. Nov. 67. c. 1. & Nov. 5. c. 1. Dn. Hoppius in Comment. ad
d. §. 8. f. de R. D. verb. per Pontifices. At vero talem consecra-
tionem intuitu campanarum adesse, nemo rerum peritus ne-
gare poterit, prout hoc etiam fuse ostendimus supra d. Cap. I.
§. XIV. seqq. Quæcunque ergo de rebus sacræ, de illarum a-
lienatione propter §. 8. f. de R. D. regulariter prohibita, in-
terdum tamen permessa, & de similibus aliàs à DD. generaliter
tradi solent: illa hic eodem modo in specie applicanda erunt,
quod quilibet facili negotio facere potest, unde non opus est,
ut nunc quidem præter necessitatem prolixius simus.

§. XXVI.

Quemadmodum vero inter ipsos Pontificios interdum
deprehenduntur, qui superstitionem maximam agnoscetes,
campanas rerum sacrarum numero eximunt, prout ita in Gal-
lia aliquando judicatum esse refert Mornacius *ad l. 1. ff. de rer.*
divis. v. Willenbach ad inst. de R. D. & post illum Strauch. Dis-
sert. 6. th. 5. ita ex principiis Jctorum Evangelicorum notum
est, quod nos res sacræ in eo sensu, quo apud Pontificios de-
pre-

prehenduntur, plane nullas habeamus. Remanent, talem apud nos præsertim in rebus mobilibus, quales sunt campanæ, dedicatio seu destinatio rei ad usum sacrum, & deinde rei illius ad usum sacrum adhibitio, quæ duo si concurrant, res sacra dicitur, Illustr. Stryk. *in us. mod. ff. tit. de R. D. §. 4.* Ziegler *ad Lancell. lib. 2. tit. 18. §. 12.* Imo quia campanæ apud nos nec consecrantur, nec alias ad usum sacrum, v. g. sacramentorum exhibitionem *immediatè* adhibentur, quod alias criterium rerum sacrarum apud Evangelicos constituit; hinc nonnulli campanas ad tertium quoddam genus referunt, ut nec sint proprie sacræ, nec proprie ecclesiasticæ, v. Strauch. *loc. cit.* Excellent. Thomaf. *in schol. ad Posit. Huberi tit. inst. de R. D. pos. 15.*

§. XXVII.

Fluit exinde, quod siue campanas adhuc ad res sacras, (sed absque superstitione) siue ad tertium quoddam genus rerum sacrarum affinium referas, dominium earundem tamen, seu proprietas, pertineat ad illum, qui summo jure tam in profanis, quam in sacris, in Republica gaudet, non vero ad civitatem aliquam municipalem, Illustr. Stryk *us. mod. d. l. §. 2.* Unde porro colligimus, quod quamvis privatis de campanis disponere non liceat, Principi tamen *propter publicam, vel ecclesie etiam utilitatem*, talis dispositio adimi non possit. Ergo, si superflue campanæ adsunt, ecclesia autem tenues redditus habeat, nil vetat, quo minus abundantes campanæ vendantur ad usum vel alterius ecclesie, vel etiam profanum, in se enim & abstrahendo à Pontificiorum superstitione, campanæ nihil habent, quod huic alienationi resistat. Memini aliquando Principem Evangelicum campanas abundantes in suo territorio ex turribus, siue campanilibus, eximere voluisse, hunc in finem, ut in defectu aliorum mediiorum tormenta bellica ex ære hoc comparare possit, nonnullos vero ex subditis, præcæpue autem sacro ministerio addictis, ab initio graviter restituisse, allegantibus, ac si hac ratione sacrilegium, aut nescio quod aliud crimen committeretur. Verum enim vero propter ea,

quæ de dominio Principis modo supposuimus, & hoc casu regulam illam applicari posse putamus, vi cuius salus publica suprema lex dicitur. Notum est, quod ante aliquot annos inter ipsos Catholicos Principes Imperator Leopoldus gloriosissima memoria Edictum promulgaverit, vi cuius, vasa argentea superflua, quibus Catholicorum templa abundare solent, ad eundem exinde monetam conferri jubebantur, quod defectu sumptuum militarium & sic publica salute ita exigente nihil iniqui inferre videbatur, nisi Clericorum interesse obstitisset, præsertim cum Archiduces Austriae alias etiam jus bona ecclesiastica inuitis clericis alienandi semper retinuerint, v. Schilter. *inst. jur. Canon. l. 2. tit. 6. §. 15. in f.* quare itaque & intuitu campanarum superfluarum idem jus esse non deberet? Fluit exinde porro, quod Princeps providere debeat, ne superfluarum campanarum comparentur & sic ærarium ecclesiæ exhauriatur, cum convocatio cœtus christiani etiam una, vel duabus campanis commode fieri possit.

§. XXIX.

Fingamus nunc, *condidisse aliquem testamentum & in illo alicui campanam aliquam legasse*; Ipsam campanam non esse præstandam, per se patet, quia testator nec de rebus alienis, licet ad privatos pertineant, hoc respectu disponere potest. Quæstio itaque solum remanet: *annon æstimatio campanæ præstari debeat?* Negamus quæstionem, sed ex diversa ratione. Ex principiis Pontificiorum rigidorum æstimatio ideo præstanda non erit, quia campana est res sacra & sic extra commercium simpliciter, unde non debetur æstimatio, si quis basilicas, vel templa legaverit, §. 4. *f. de legat.* Juxta principia Evangelicorum autem hæc ratio substituenda; quia campana est res publica per deducta in §. *præced.* de rebus publicis vero idem judicant leges, quod de rebus sacris, d. §. 4. *f. de legat.* Idem juris erit in promissionibus inter vivos factis, v. §. 2. *f. de inut. stipul.*

§. XXIX.

Sed quid, *si quis certam pecunie summam leget ecclesiæ,*

ad

ad campanam comparandam? Ipsum legatum, sine dubio valet; sed dubium remanet: *an illud solemnitates or dinarias requirat, annon?* Putamus, legatum sine solemnitatibus consistere, instar alterius, quod ad pias causas relinquitur. Sive enim campanas iterum cum Pontificiis ad res sacras proprie dictas, five ad tales, quæ sacris affines, sed tamen in dominio Principis sunt, referre velis, nihil in effectu intererit. Piam enim causam in jure dicimus omne id, quod non meram utilitatem privatam, sed favorem publicum aliquo saltem modo respicit. Hinc ad piam causam relictum dicitur, quod legatur Ecclesie, Hospitalibus, scholis, Academiis, pauperibus, studiorum causa, ad refectorem pontium, viarum, ad alimenta, ad dotem &c. v. Tiraquell. *de privil. pie cause in præfat. per tot.* illustr. Stryk. *in not. ad Brunnem. Jus. Eccl. l. 2. c. 12. §. 1. verb. in testamento ad pias causas.*

§. XXX.

Progredimur nunc ad alia. Scilicet diximus *Cap. I. §. XL.* quod non solum *nundinarum initiationes* per sonitum campanæ fieri, sed etiam *illarum finitarum signum* per campanam dari soleat. Illa observatio magnum usum præstat in materia de privilegiis nundinarum & præcipue in quæstione, quando talia privilegia initium suum capiant & quando vicissim iterum desinant. Nempe notum est, quod durantibus nundinis nulla arresta contra mercatores decernantur, nulliusque persona ex causa, vel obligatione civili detineri possit, Zobel *P. 1. Differ. 44. n. 2. Const. Elect. 30. P. 1. ibi: Wir wollen aber sonderlich / daß in allen Fällen innerhalb der öffentlichen Märkte der Händel und Werbung halben die Freyheit gehalten / kein Arrest statt haben / auch Bürgerlichen Sachen und obligation wegen niemand angehalten werden soll / l. un. C. de nundin.* Quoniam itaque hoc privilegium *durantibus nundinis* solum locum habet, initium vero & finis nundinarum per campanæ sonitum indicatur, hinc sua sponte fluit, quod antequam signum campanæ datum est, privilegium de non arrestando effectum non for-

fortiatur, quod eodem modo sese habet, postquam idem signum in fine nundinarum datum fuit, Berlich. *P. 1. Concl. 53. n. 9. & 14.* Dicuntur enim nundinæ eousque liberæ, donec publica campana auctoritate Magistratus mota, signum expirationis datur, ut sibi interim unusquisque providere possit, Jacob van der Græf. *de Regal. cap. 29. num. 2.* Knipschilt. *de Civitat. Imper. c. 23. n. 8.* Mylerus ab Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imper. P. 2. cap. 58. §. 5.* Allegat in hanc rem Carpzov. *P. 1. C. 30. def. 28. n. 3.* speciale Rescriptum Electoris Saxonix de dato Dresdæ d. 25. Jul. 1621. ibi: *wodurch dann nnd weil ohne das von Ein bis zur Ausläutung des Marckts kein Arrest / oder Verboth angeleget noch verstatet wird / subjuncto Responso Scabinorum Lipsiensium n. 7. verb. So seyd ihr seine Person künsttliche Messe allhier anhalten zu lassen nicht befugt / wider seine Waaren aber / auffn Fall er in Abfall seiner Nahrung gerathen / ist euch nach ausgeläutetem Marckt an allen denen Orten / da bemeldete Waaren anzutreffen / gebührlischen Arrest zu suchen / unbenommen / v. Fritsch. de regal. nund. jur. c. 7. n. 69. seqq.* Schweder *introd. in jus publ. part. spec. sect. 1. c. 17. §. 15.* Möller *l. 1. semestr. c. 12. n. 6.* Anton Glock *Diff. de nundin. §. 128.* apud Malcomesium *in Comm. ad Wesenbec. tit. ff. de nundinis.* Hinc, subjungit Carpzov. *loc. cit. def. 29.* finitis nundinis Lipsiensibus, *campana vix quiescente*, creditores, quo alter alterum præveniat, ad Prætorium convolare & nimis properare solent, præcludentes arresto bona mercatoris, quem de banchorupto suspectum habent. Notat interim idem Carpzovius, mercatores frustra ita properare, cum ferenissimus Saxo omnes æquales fecerit, nec quempiam alteri præferre voluerit inter eos, qui proxime sequenti septimana post nundinas, in der Zahl-*Woche*/arresta impetrarunt, per Edictum ante adductum de A. 1621. unica tamen limitatione subjuncta, modo scilicet arrestum impetratum fuerit, antequam merces in conductu Norimbergensi avehantur, *vor Abgehung des Nürnbergischen Geleits.*

§. XXXI.

Alium casum proponit Mylerus ab Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imp. P. 2. c. 58. §. 6.* quid scilicet juris sit, si debitor ante pulsam campanam, in der Zahlwoch / ehe man die Meß ausläutet / suspectus sit de fuga, an possit à Creditore arrestari? Quæstionem affirmare dicit Græven *P. 2. Concl. 44. n. 26.* ex ratione, quia privilegia nundinarum in debitoribus fugitivis, aut potius de fuga suspectis locum non inveniunt, cum malitiis in tantum indulgendum sit, Petr. Peck. *de jure sistendi cap. 10. n. 6.* Klock. *de Contribut. c. 3. n. 83.* Fritsch *de nundin. c. 7. n. 30.* Quamvis vero Mylerus ab hac opinione recedere videatur, ex ratione, quod adducta DD. opinio in privilegia nundinarum impingat; tandem tamen concedit, admitti posse eam opinionem, si debitor sit notorie bancosfallitus. Interim Carpzovius *P. 1. C. 30. def. 25.* distinguendum esse putat inter *jus commune & practicam fori Saxonici.* De jure communi concedit opinionem ante adductam, cui etiam subscribit Lauterbach *Comp. jur. tit. de nundin.* In foris Saxonice autem eam non obtinere subjungit, addito Responso Scabinorum Lipsiensium *num. 7.* Wann nun gleich derselbe sich der Flucht wegen verdächtig erweist / und zu befürchten / daß er fallit werden möchte; So seyd ihr doch binnen währendem Marckt vor Ausläutung desselben ihn anzuhalten / oder seine Waaren zu verkümmern nicht befugt. Nos eam sententiam, quam Carpzovius de jure communi concedit, practicæ fori Saxonici præferendam esse putamus, modo revera probetur, debitorem de fuga suspectum esse, quo supposito omnia illa corruunt, quæ Idem in contrarium adducere nifus est. Privilegia siquidem non debent ad ullius injuriam & damnum trahi, quippe quod sine dubio cum mente concedentis pugnaret.

§. XXXII.

Porro diximus *Cap. 1. §. XXXIIX.* quod tempore exortii incendii quoque campanæ pulsari soleant, cujus occasione notari meretur dispositio Ordinationis Politicæ Magdeburgensis *Cap. 33. §. 37.* ubi ita: Die Wächter auff denen Thürmen sollen / so bald sie einer Flamme in denen Städten / oder vor denen Thoren

innen würden / dieselbe / nachdem sie groß und gefährlich / mit vier bis zwölff / wann aber eine Feuermauer brennet / oder die Gefahr nicht gar groß ist / nur mit ein / zwey bis drey Schlägen auff die Sturm-Glocke anzeigen / und da das Feuer umb sich fräße und gefährlich anstiehe / soll in Städten / Flecken und Dörffern / wie an etlichen Orthen des Herzogthums allbereit herbracht / mit allen Glocken geläutet / nach etlichen Pulsen die Bet-Glocke zu der Einwohner bußfertigen Andachts-Ermunterung gerühret / und damit bis das Feuer durch Gottes Gnade gedämpffet / fortgefahren werden. Ex hoc consequitur, quod eo casu, si vigil post ortum incendium sonitum campanæ neglexerit, vel e contrario, si absque iusta causa campanam pulsaverit, poena arbitraria contra eum decerni possit. Solet & hoc in multis locis observari, ut illis, quorum culpa incendium exortum est, multa aliqua dictetur, quæ tamen e contrario vel plane remittitur, vel saltem mitigatur, si ignis mox iterum extinctus, ita ut flamma extrinsecus non apparuerit & per consequens etiam campana non fuerit pulsata.

§. XXXIII.

Adduximus *Cap. I. §. LII.* querelam Casalii, quod nempe aliqui ex Religiosis hodie eo devenerint continuo campanarum sonitu diu noctuque, ut potius sæpe fideles ad impatientiam & iracundiam, quam ad pietatem inde provocentur, & quod plurimi aliquando infirmi, sive in secessu studentes hoc satis experiantur. Proponunt hæc DD. sequentem quæstionem: *an sicuti fabri ferrarii & lignarii, itemque malleatores alii, qui juxta scholas aut Doctoris domum arti suæ operantur, diurno nocturnoque strepitu meditationes Doctorum impediunt, & vicinia expelli possunt: ita etiam immodicus campanarum pulsus inhiberi queat?* Distinguere Interpretes dicit Henricus Salmuth *ad Panciroli. rer. memor. Part. 2. tit. 9. p. m. 162. b.* Nam si egrotanti doctori, itemque scholari & vicinocui libet gravis sit immodicus ille & non necessarius campanarum strepitus: placuit, eum non secus, ac gravem & pestilentem odorem coercendum esse, Barthol. Cæpolla *de servit. rust. præd.*

pred. c. 43. quia salus hominum, cuius gratia natura omnia comparavit, nullo modo æstimari potest & exinde rebus omnibus & cuivis commodo sit præferenda, Luc. de Penna in *Lun. C. de stud. liberal. Urb. Romæ lib. II. circa fin.* At si bene valentes & sani sint vicini, obtinuisse asserit Salmuth Oldradi sententiam *Conf. 228.* existimantis, minime ferendos esse, qui adversantur, ceu nimis delicatos. Nam & Plutarcho teste, Demosthenes sponte procurabat, ut strepitui advesceret: damnatique à vereribus Sybaritæ, ceu nimis molles, quod artifices omnes obstreperos civitate excluderint, tanquam eorum quietem turbantes, Alciatus *l. 8. parerg. c. II.* Salmuth *loc. cit.* Putamus, æquitate niti, quæ de intermissione sonitus campanarum in gratiam ægrotantium adduxit Salmuth, sed an aures huic doctrinæ facile sint præbituri superstitiosi Religiosi, hæc alia est quaestio. Alios Autores huc pertinentes, in specie Limnæum de *Fur. publ. l. 8. c. 3. n. 36.* citat Diether. in *addit. ad Besold. thes. pract. voc. Glocken.* Sed Limnæus omnia ex Salmutho desumit.

§. XXXIV.

Cum de intermissione sonitus campanarum modo dixerimus, hoc simul adnotasse non ingratum erit, quod in *obsidionibus Civitatum* obsidentes communiter prætere de solent, ne durante obsidione campanæ in urbe obsessa pulsentur, imo etiam, ne horologiis per sonitum campanæ horas distinguantibus utantur obsessi. Causam hancce communiter allegant, quia scilicet obsessi, non minus, ut alia occasione in Vesperis siculis observatum, sonitu campanarum tanquam certo signo in præjudicium obsidentium uti possent, ut scilicet eruptiones facerent & sic obsidentes incautos & improvisos adorirentur. Quicquid hujus sit, lex nulla adest quidem, quæ obsessos ad hoc obliget, ut obsidentibus hac parte morem gerant, sed prout ipsis defensio in se est permixta, ita quoque omnibus adminiculis defensionem hancce aliquo modo promoventibus uti non prohibentur; interim tamen regulæ prudentiæ, præsertim ubi auxilium & liberatio vix speranda, obsessis sæpe suadent, ne hac parte nimis refragentur, quoniam alias de-

inde obsidentes post expugnatam urbem juxta principia sua, (raison de guerre vocant Galli) pretium campanarum ab obsessis exigere consueverunt, prout multa exempla adsumt, daß die Glocken vor etliche 100. oder 1000. Rthlr. haben müssen ransoniret werden.

§. XXXV.

Occasione eorum, quæ *Cap. I. §. XXXVI. & XXXVII. de* persecutione Zingarorum & deprædatorum diximus, quæri possit: à quonam, vel potius, *cujusnam autoritate pulsus campanarum fieri debeat?* quia in locis ibi allegatis dicitur, daß sie mit Sturm oder Glockenreich verfolgt werden sollen. Respondetur, privata autoritate regulariter nec in tali casu campanas pulsari posse, sed hoc autoritate & jussu Magistratus fieri debere, quo pertinet *Rec. Imp. de A. 1559. §. 23.* Und soll dieselbe Oberkeit / oder dero Ambsleuth and Befehlhaber verbunden und schuldig seyn / und im Fall es die Nothdurfft und Gelegenheit wolte erfordern / den Sturm und Glockenreich ziemlicher massen angehen zu lassen. Ratio colligitur ex *§. 25. ejusd. Recessus*, ibi: dabey auch in einer jeden Stadt / Marck / Flecken / Dorff und Weylor / die Amptleuth / Vögt / Schultheiß / oder andere / so der Gemein vorstehen / die Ordnung geben / auff daß die Unterthanen / wie starck und wohinaus sie lauffen / Bericht haben / und in dem nach Gelegenheit und Zufall der Sachen die Vernehmung thun / daß keine gefährliche Auffwicklung oder Rottirung daraus erfolge. Sic apud Argentoratenses dispositum: Wäre auch / daß Gott lang wende / daß ein Gefühll würde / so soll sich niemand wapnen / es wäre dann / daß man die Nord-Glocken läutet / und soll auch niemand dieselbige Glock heissen läuten / dann ein Ammeister / der dann Ammeister ist / und wann man sie also läutet / so soll männiglich gehen zu Fuß für das Münster / und daselbst bey dem Ammeister und andern Meistern bleiben / und den gehorsam seyn / und wann sie der Ammeister und die Meister heissen heimziehen / so sollen sie bey ihren Eyden ungefährlich heimziehen / *Limnæus in jur. publ. lib. 7. c. 3. num. 9.* Et ita sine dubio etiam in aliis bene constitutis civitatibus observatur, vel ob-

observari debet, ut scilicet nemini campanam absque iussu & autoritate Superiorum pulsare liceat, quamvis tumultus aliquis metuendus videatur, quia alias maxima sepe confusio oriri posset. Imo ipse Magistratus inferior, si absque justa causa tale quid jubet, à superiore pro modo admissi coerceri poterit.

§. XXXVI.

Restant adhuc casus quidam speciales, ad hanc materiam pertinentes, quos nunc breviter subijcere animus est. Exemplar obligationis, da sich einer expresse auff die Besatzung mit Läuten der Glocken verschrieben; refert Wehner. *ad Reform. Rotwil. part. 2. tit. 10. p. 142.* citante eum Diethero *in continuat. thesaur. pract. Befold. voc. Glocken.* Non potuimus quidem citatum Wehneri tractatum hinc loci invenire, & per consequens etiam nos lateret, quomodo Wehnerus casum cum omnibus circumstantiis proposuerit & qualem decisionem subjunxerit; interim tamen si conjecturis rem assequi licet, putamus, obligationem ita conceptam fuisse, quod debitori præfinito tempore non solventi per sonitum campanæ macula aliqua infligi debeat, prout de debitoribus cessis & de bancaruptoribus dictum *Cap. I. §. XLIV.* Casus autem ita suppositus coincidit fere cum illo, quem proponit Illustr. Stryk. *in Caut. contract. sect. 2. cap. 6. §. 17.* de obligatione bey Schelm schelten; de quo casu etiam vide Wehnerum *in observat. pract. voc. Schelmerschelten.* Nullius vero valoris ejusmodi obligatio est, quia super materia legibus prohibita est celebrata. Et quamvis aliquis objicere vellet vulgatum illud: volenti non fieri injuriam; rectè tamen responderet Ant. Matthæi *de crimin. proleg. c. 3. n. 3. circ. fin.* ad crimen sufficere, aliquem injusta passum esse, ut maxime volens passus sit, si modo atrocius quippiam sit, quodque non erat in patientis potestate. *Injuriam* ergo non patitur debitor, sed tamen *injustum*. Accedit, quod debitor ita sese obligans in necessitate & inopia constitutus sit, & propterea ne quidem libera voluntas in illo concipi possit, conf. Excell. Thomæsius *in Disp. de Homicidio Lingue §. XXIII.* ubi multa alia adducuntur, quæ ad decisionem & illustrationem hujus materiæ perti-

nent, add. Grassus in *Disp. de promiss. sub amiss. honor. & estimat. famæ & fidei.*

§. XXXVII.

In materia delictorum quaeritur: *quomodo illi puniendi sint, qui campanas per furtum auferunt?* tales enim casus, præcipue quoad campanas minores, esse dables, ipsa experientia testatur. Respondemus, resolutionem hujus quaestionis dependere ab altera præjudiciali: *an ablatio campanarum ad simplex furtum, an vero ad sacrilegium referendum sit?* Decisio defumenda est ex §. XXV. seqq. hujus capituli. Ex principis itaque Pontificiorum rigidorum, qui campanas inter sacra Ecclesiae vasa connumerant, sine dubio sacrilegium committunt illi, qui campanas auferunt & per consequens, quantum fora Germanica Pontificiorum attinet, poenam in *Constit. crim. art. 172.* statuta ipsis infligenda erit, ita vero ibi habetur: *Stöße aber einer sonst gülden oder silbern geweihte Gefäß / mit / oder ohne Heiligthum / oder aber Kelch / oder Patenen / umb solche Diebstal alle / sie seyn geschehen an geweihten / oder ungeweihten Orthen / = diese Diebe seyn zum Tode nach Gelegenheit der Sache und Rath der Rechts-Verständigen zu straffen.* Quid interim sibi velit clausula: *nach Gelegenheit der Sachen / hoc sollicitate explicavit Carpzovius in Prax. crim. qu. 89. num. 13.* scilicet ratione *qualitatis personæ, conditionis rei, temporis, ætatis & sexus delinquentis.* Huc pertinet exemplum, quod habet Olearius in *Halygraph. P. 2. ad A. 1643. p. 423.* den 21. Julii sind zu Siebichenstein zweene Glocken-Diebe / einer mit dem Strange / der andere mit dem Schwert gestrafft worden. Apud Evangelicos, qui campanas pro rebus sacris non habent, ablatio campanarum non aliter, quam aliud furtum reputabitur, & quamvis dicere velis, hanc ablationem tamen ad minimum involvere crimen peculatus; responsio nihilominus in promptu est, & hoc peculatus crimen quoad poenam furtis aliis eatenus æquiparari, ut non statim, si effractio violenta abest, prima vice poena laquei dicitur, licet poena alias aliquantulum exasperari soleat, ut v. g. fustigatio locum habeat, ubi alias solum re-

lega-

legatio dictari solet, v. Theodor. in *Colleg. Crimn. Diss. 9. th. 3. lit. D.*

§. XXXIIX.

Quemadmodum itaque illi poenam condignam merentur, qui, uti modo diximus, campanas per furtum auferunt: ita quoque impunes non erunt, qui *damnum injuriâ iisdem inferunt*. Ergo sive quis ex proposito campanas fregerit, sive ex negligentia, aut culpa hoc fecerit, duplici ratione obstrictus erit. Primario quidem ipsi ecclesiæ ad damnum datum reparandum, cui hoc nomine actio Legis Aquiliæ competit: deinde vero Publico etiam ad poenam arbitriariam, quæ pro gradu culpæ, vel doli admitti, à Judice determinanda erit. Pertinet hoc non solum ad tertium quemcunque, sed ad ipsos quoque campanarios, qui campanas pulsando per imperitiam easdem frangunt. Imperitia enim culpæ annumeratur in iis, qui artem aliquam profitentur, id est, qui præ se ferunt, quod rei alicujus, qualiscunque demum illa sit, peritiam habeant, v. *l. 132. ff. de R. J.* Idem intuitu eorum observandum, qui campanas fundunt, sed artem rite non callent, unde memini eos per pactum obstrictos fuisse aliquando, daß sie die Glocke zum wenigsten auff ein Jahr gewähren müssen.

§. XXXIX.

In *judicialibus* occasione campanarum sequens observatio adhuc adnectenda. Notum est, quod eo casu, quando quis ad certum diem citatur, doctores disquirere soleant, *quousque dies ille computetur?* De jure quidem Saxonico res expedita est, quod nempe citati contumacia statim accusari possit, quando hora IV. audita est, ubi si horologia discrepant, ad illud respici solet, quod principale in illo loco habetur, *Svendendörff. ad Fibig. Edit. nov. p. 148. Illustr. Stryk. in not. ad Lauterb. de fer. & dilation. verb. vesper am*, Dn. Præses in der Einleitung zum *Civil-Proceß Cap. 10. §. 16.* At vero in foris extra Saxoniam hoc non procedit, sed dies ulterius porrigitur. Hinc est, quod dicunt, citatum nondum pro contumace haberi, modo adhuc ante horam VI. se sistat, *Illustr. Stryk. in Introd. ad prax.*

prax. cap. 4. §. 14. vel, ut alii dicunt: dies integer connumeratur, donec circa solis occasum per *sonum campanæ*, prout in jure moris est, finis ei imponatur, bis man die Nacht = oder Berth: Glocken läutet / Diether. in *Contin. Besold. voc. Glocken / Glocken Schlag.*

§. XL.

De *Campanariis* quæritur, si conveniendi sint, *an hoc in judicio ecclesiastico, an vero in seculari fieri debeat?* Equidem ubi olim munus pulsandi campanas ad ipsos sacerdotes pertinebat, prout offensum *Cap. I. §. XXXI.* tunc nullum dubium suberat, quo minus forum ecclesiasticum unice pro foro competente habendum esset, quod & hodie communiter obtinet, si *Custodibus* pulsatio campanarum demandatur, uti in multis locis fieri consuevit; sed quando tale munus promiscuæ turbæ demandatur, judicium etiam seculare pro foro incompetenti haberi nequit. Verum hîc ad mores locorum, præsertim apud Evangelicos, unicè respiciendum erit, qui sæpe variant etiam intuitu fori ipsorum ministrorum Ecclesiæ.

§. XLI.

Potuissemus etiam de *horologiis* hîc nonnulla subjungere, quippe in quibus campanarum usus similiter deprehenditur; verum enim vero disputatio præter opinionem jamdum excrevit, & circa horologia tam variæ quæstiones sese offerunt, ut illa materia peculiarem disputationem requirat. Colophonem itaque imponimus huic nostræ Dissertationi, veniam precantes à benevolo Lectore, si more humano in aliquibus erraverimus. Corrigemus omnia libenter, si quæ minus rectè posita deprehenderimus, ut adeo non opus fuerit, daß man die Schand:Glocke darüber läute.

S. D. G.

94 A 7367

ULB Halle
002 415 674


3




Sb.

VD17







11

DISSERTATIO JURIDICA
DE
EO, QVOD JUSTUM EST
CIRCA
CAMPANAS,

Quam
DEO T. O. M. ADNUENTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDEN-
BURGICO, AC DUCATUS MAGDEB. GUBER-
NATORE, RELIQUA,

In Illustri Academia Fridericiana
PRÆSIDE
JACOBO FRIDERICO LUDOVICI,
J. U. D. P. P. ET FACULT. JURID.
ASSESSORE,

Ad d. APRILIS MDCCIIIX.

Publico Eruditorum examini
submittit

JOHANNES MICHAEL Schenweder
NORIMBERGENSIS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Litteris CHR. HENCKELII, Acad. Typogr.

